

Iohannes Stoyci de Ragusio
Erit tibi gloria
/
Ivan Stojković Dubrovčanin
Bit će ti na čast

prijepis: Antica-Nada Čepulić i Dora Ivanišević
izdanje latinskog teksta i hrvatski prijevod: Dora Ivanišević
redaktura filozofskih termina: Demian Papo

[1] [224r] In Christi nomine, amen. 1424. in Ragusio.

<PRIMA PARS>

Erit tibi gloria, sacri asumpti thematis uerba, prestantissimi patres ac permagnifici domini, Luce 14. capitulo originaliter exarantur,¹ atque in concurrentis dominice euangelio iuxta morem et usum sacri nostri ordinis predicatorum in sacrarum missarum solempniis \\transumptiue// asumuntur. *Sed cum omnibus mos sit et quasi quedam religio, qui uel de maximis uel de minimis rebus sint acturi aliquid, precari ad auxilium diuinitatem*, ut recte diuinissimus Plato in principio *Thimei* innuit,² rectum mihi presentis orationis uidebatur sumpsisse exordium *si in primis Deo gratias agamus, sicut sui ordinis celsitudo et benefitii ipsius multitudo meretur*, ut Auicena, medicorum princeps, innuit in principio sui *Canonis*.³ *Ante omnia namque ab oratione incipere est utile*, ut sacer theologus Ariopagita Dyonisius innuit tertio capitulo *De diuinis nominibus, sicut nos ipsos tradentes Deo et unientes*.⁴ *Hec sunt enim summe incensiones dei, gratie \\istius// cum aguntur a mortalibus*, ut inquit Tremegistus Mercurius in libro *De deo deorum*.⁵ *Nam si prisci oratores a loue Optimo Maximo bene orsi sunt, si excelentissimi uates a numine aliquo traxere principia*, ut inquit Valerius in primo circha principium,⁶ *quanto iustius, quanto nos equius est inuocare diuinam opem, nisi plane seuo quodam furore atque implacabili raptamur amentia*,

¹ Lk. 14:10.

² Pl., *Ti.* 27C, ll. 6–8 (prev. Kalcidije) = *Plato Latinus, Timaeus a Calcidio translatus commentarioque instructus*, sv. 4, Jan Hendrik Waszink (ur.) (Leiden, London: Brill, The Warburg Institute, 1975), p. 20.

³ *Avicennae liber Canonis...*, *praef.* (prev. Gerard iz Cremona) = *Avicennae liber Canonis... a Gerardo Carmonensi ex Arabico in Latinum translatus*, Andrea Alpago (ur.) (Venecija: Juntas, 1582), predgovor nepaginiran.

⁴ Aquinas, *Summa theologiae* II–II (dalje u radu: *ST*), Quaestio 83 (dalje u radu: Q.), Articulus 1 (dalje u radu: Art.): »Dionysius dicit, in III cap. *De div. nom.*, *ante omnia ab oratione incipere est utile, sicut Deo nos ipsos tradentes et unientes*.« Cf. Ps.–Dion. *Div. nom* 3 (prev. Ivan Škot Eriugena) = *Ioannis Scotti opera quae supersunt omnia*, Patrologiae cursus completus, Series Latina, sv. 122, Heinrich Joseph Floss (ur.) (Pariz: Migne, 1865), col. 1126D–1127A (dalje u radu: *PL*, sv. 122): »Proinde et ante omne et magis ex theologica oratione inchoari oportet, non ut trahentes ubique praesentem et nusquam virtutem, sed ut divinis memoriis et invocationibus nosmetipsos injungentes ei et adunantes.«

⁵ Pseudo-Apuleius (Hermes Trismegistos), *Ascl.* 41 = *Die Gottliche Weisheit Des Hermes Trismegistos, Pseudo-Apuleius, Asclepius*, Dorothee Gall (ur.) (Tübingen: Mohr Siebeck, 2021), p. 90.

⁶ Val. Max. 1, *praef.*

[1] U ime Krista, amen! 1424. godine u Dubrovniku.

<PRVI DIO>

Bit će ti na čast, riječi ove svete teme koje smo se prihvatili, preuzvišeni oci i veličanstvena gospodo, izvorno se nalaze u 14. poglavlju Lukina evanđelja, i, prema običaju našega svetog reda propovjednika, preuzimaju se u čitanju iz evanđelja na proslavi svete mise ove nedjelje. *Ali jer svi, prema običaju ili kao iz kakvog osjećaja pobožnosti, prizivaju božanstvo u pomoć kad god započinjju nešto, bilo malo, bilo veliko*, kao što najbožanskiji Platon ispravno navodi na početku *Timeja*, smatrao sam ispravnim započeti ovaj govor tako da *prvo zahvalimo Bogu, kao što uzvišenost njegova poretka i njegova mnoga dobročinstva zaslužuju*, kako prvak liječnika, Avicena, navodi na početku svoga *Kanona*. *Sve, naime, trebamo započeti molitvom kao da se sami predajemo i ujedinjujemo s Bogom*, kaže sveti teolog Dionizije Areopagit u trećem poglavlju svoga djela *O božjim imenima*. *Zahvalnost je, naime, najvrjednija žrtva paljenica koju smrtnici mogu pružiti Bogu*, kaže Merkurije Trismegist u knjizi *O bogu bogova*. *Ako su, naime, stari govornici valjano započinjali s Jupiterom Najvećim Najboljim, ako su najbolji pjesnici počinjali s nekim božanstvom*, kako kaže Valerije na početku prve knjige,¹ *koliko je tim pravednije, koliko je tim primjerenije da mi prizovemo u pomoć božansku moć, osim ako nismo posve obuzeti divljim i neumoljivim bezumljem*,

¹ Riječ je o Valeriju Maksimu, rimskome piscu 1. st., autora zbirke povijesnih zgoda, anegdota i zanimljivosti *Spomena vrijedna djela i izrjeke (Facta ac dicta memorabilia)*, koje je uživalo veliku popularnost u srednjem vijeku.

ut Plato ait,⁷ maxime si *oppificem* genitricemque *uniuersitatis*, sapientiam, ut instituiamus, *quam tam inuenire difficile est, quam inuentam impossibile est digne prophari*, ut idem ait,⁸ congruis uoluerimus utcumque laudibus efferre. \Atque/ *cum mentis humane aties inualida in tam excellenti celestis sapientie et diuine luce non figitur nisi prius in presenti »per iustitiam fidei«* et gratie *nutrita uegetatur*, ut inquit Augustinus,⁹ nec in presenti diuine ac eterne sapientie archana ualet et secreta penetrare nec occultorum ac supercelestium luminum diuina et superexistentia sacramenta cognoscere. *Sicut enim nicticoracum oculi ad lucem diei se habent, ita et anime nostre intellectus ad ea que sunt omnium nature manifestissima*, ut perypatetichorum princeps Aristoteles in principio secundi primae philosophie innuit,¹⁰ *nisi ei datum de celo fuerit*.¹¹ Licet enim *omne datum optimum et omne donum perfectum desursum sit, descendens a Patre luminum*,¹² *nec quicquam homo terrenus ualet accipere, nisi ei datum de celo fuerit*, ut sacra testantur eloquia.¹³ Potissimum tantum hoc unum est atque excellentissimum, quod intellectuali creature ab ipso rerum summo omnium oppifice, gubernatore et protectore, Deo, liberalissime condonatur, *a quo porro inuidia omnis longe relegata est*, ut Plato testatur.¹⁴ *Neque enim diuinum inuidum esse conuenit*, ut Aristoteles ponit in principio *Metaphysice* contra poetas,¹⁵ qui maxime in communicatione sapientie deum inuidere hominibus aserebant. Unde et Simonides¹⁶ quidem, *»solus quidem deus hunc habet honorem«*, inquit, *uirum uero non dignum esse <non> querere que secundum se est sapientiam*.¹⁷ *Sed secundum prouerbium*, ut idem Aristoteles ait, *multa mentiuntur poete*.¹⁸

⁷ Pl., *Ti.* 27C, ll. 8–10 = *Plato Latinus, Timaeus*, sv. 4, Waszink (ur.), p. 20.

⁸ Cf. Pl., *Ti.* 28C, ll. 11–13 = *Plato Latinus, Timaeus*, sv. 4, Waszink (ur.), p. 21: »opificem genitoremque universitatis, tam inuenire difficile quam inuentum impossibile digne prophari.«

⁹ August., *Trin.* 1.2.4 = *Sancti Aurelii Augustini de trinitate libri XV (libri I–XII)*, Corpus Christianorum, Series Latina, sv. 50, W. J. Mountain (ur.) (Turnhout: Brepols, 1968), p. 31; Rom. 4:13.

¹⁰ Arist., *Metaph.* 2.1.993b10–993b11 (prev. William iz Moerbeke) = *Aristoteles Latinus, Metaphysica*, sv. 25/3, Gudrun Vuillemin-Diem (ur.) (Leiden: Brill, 1995), p. 43.

¹¹ Ioan. 3:27.

¹² Iac. 1:17.

¹³ Ioan. 3:27.

¹⁴ Pl., *Ti.* 29E, ll. 18–19 = *Plato Latinus, Timaeus*, sv. 4, Waszink (ur.), p. 22.

¹⁵ Arist., *Metaph.* 1.2.983a3–4 = *Aristoteles Latinus, Metaphysica*, sv. 25/3 Vuillemin-Diem (ur.), p. 17.

¹⁶ Corr. ex »Simonida«.

¹⁷ Cf. Arist., *Metaph.* 1.2.982b30–982b32 = *Aristoteles Latinus, Metaphysica*, sv. 25/3, Vuillemin-Diem (ur.), p. 16: »quare secundum Symonida »solus quidem deus hunc habet honorem«, virum uero non dignum non quaerere quae secundum se est scientiam.«

¹⁸ Arist., *Metaph.* 1.2.983a3–4 = *Aristoteles Latinus, Metaphysica*, sv. 25/3, Vuillemin-Diem (ur.), p. 17.

kako kaže Platon, a tim više ako želimo, kako smo i naumili, prikladno uzveličati *tvoriteljicu i majku ovoga svemira – mudrost – koju je teško pronaći, a pronađe li ju se, nemoguće ju je dostojno riječima izraziti*, kako također kaže Platon. K tome, *budući da je oko ljudskog uma slabo i biva zaslijepjeno u tako transcendentom svjetlu nebeske i božanske mudrosti, ne osnaži li se prvo u ovom životu napojeno »pravednošću vjere« i milosti*, kako kaže Augustin, i ne može u ovom životu prodrijeti u skrovite tajne božanske i vječne mudrosti ni spoznati božanska i transcendentalna otajstva mističnih, nadnebeskih svjetalâ. *Kakve su, naime, oči šišmiša na danjem svjetlu, takav je i razum u našoj duši naspram onih stvari koje su po prirodi najočitije od svih*, kako kaže prvak peripatetika, Aristotel, na početku druge knjige prve filozofije,² *ako mu nije dano s neba. Sveto pismo, naime, svjedoči da svaki dobar dar, svaki savršen poklon dolazi odozgo, silazi od Oca svjetalâ, i nitko ne može uzeti ništa, ako mu nije dano s neba*. Premoćno je i preuzvišeno samo ono što Bog, sâm vrhovni tvorac, upravitelj i zaštitnik svih stvari vrlo darežljivo daruje razumnome biću, *a od njega je svaka zavist daleko udaljena*, kaže Platon. Naime, *božanska moć ne može biti zavidna*, navodi Aristotel na početku *Metafizike* protiv mišljenja pjesnika, koji su tvrdili da bog najviše zavidi ljudima kad je riječ o dijeljenju mudrosti. Simonid tako kaže, *»jedino bog može imati tu čast«, a čovjeka je nedostojno ne tražiti mudrost koja mu je primjerena*. No prema poslovi, Aristotel također kaže, *pjesnici mnogo lažu*.

² Sc. *Metafizika*.

Hoc igitur quod in se habundantissime, plenissime et superexcelesenter de se quidem et per se habet, et non ex accidenti dono, ut gloriosissime et felicissime et beatus et sapiens sit, sui ad similitudinem, quo capax est, ut felicitari posit et beata esse, producte intellectuali ac rationali creature comunicauit sapientiam scilicet et scientiam, *quia ipse Dominus Deus Dominus scientiarum est*, [224u] ut sacra scriptura innuit.¹⁹

[2] Magnifice igitur ac liberalissime in *diuitias glorie sue*,²⁰ in *celaria sua*,²¹ in *tesauros sapientie et scientie Dei absconditos*²² introduci si cupimus, in primis deuotis adeamus orationibus, intimis obsecrationibus flagitemus et exstasis prosequamur amoribus. *Mementote siquidem*, prestantissimi patres, ut sepe dictus diuinissimus Plato ait, *tam me qui loquor quam uos qui audita iudicatis homines fore atque in rebus sume ac celestis sapientie tam sublimibus etiam mediocrem explanationem magni cuiusdam honus esse laboris*,²³ sub quo quemlibet necesse est, nisi paternus amor hunc continuerit, egrotare atque sub tanta honeris grauitate deprimi etiam Athlantidos humeros et Herculeas deficere uires, nisi diuinum et superceleste numen adesse contigerit. Et enim diuina sapientia prima rerum omnium genitrix et *causa superior omni narratione est, et defitunt lingue a naratione eius propter narationem esse ipsius, quoniam ipsa super omnem causam est et non narratur nisi per causas secundas, que illuminantur a lumine cause prime*, ut inquit auctor *De causis* propositione 6.²⁴ *Quod fit*, ut comentator idem innuit, *quia narratio non fit nisi per loquelam, et loquela per intelligentiam, et intelligentia per cogitationem, et cogitatio per meditationem, et meditatio per sensum*. Sapientia autem super omnes res est, quoniam est causa eis, et ratio per quam singula sunt que subsistunt,²⁵ et propter hoc est quod ipsa non cadit sub sensu et meditatione et cogitatione et intelligentia et loquella ac per hoc narratione.²⁶ *Quia igitur*, ut uox testatur apostolica, *non ex nobis sutficientes sumus aliquid cogitare quasi ex nobis*,²⁷

¹⁹ 1 Sam. 2:3.

²⁰ Cf. Col. 1:27; Eph. 2:7, 3:16.

²¹ Cf. Cant. 1:3.

²² Cf. Col. 2:3.

²³ Cf. Pl., *Ti.* 29D, ll. 12–14 = *Plato Latinus, Timaeus*, sv. 4, Waszink (ur.), p. 22: »memento enim tam me qui loquor quam uos qui iudicatis homes fore atque in rebus tam sublimibus mediocrem explanationem magni cuiusdam esse onus laboris.«

²⁴ Ps.-Arist., *Liber de causis* 5 (6).57 (prev. Gerard iz Kremone) = »Le liber de causis«, Adriaan Pattin (ur.), *Tijdschrift Voor Filosofie* 28/1 (1966), pp. 90–203, na p. 147.

²⁵ Cf. Jer., *Ep.* 53.4 = *PL*, sv. 22, col. 543: »Λόγος enim Graece multa significat; nam et uerbum est, et ratio, et supputatio, et causa uniuscujusque rei, per quam sunt singula quae subsistunt.«

²⁶ Ps.-Arist., *Liber de causis* 5 (6).61 = »Le liber de causis«, Pattin (ur.), p. 148.

²⁷ 2 Cor. 3:5.

Dakle, ono što u najvećoj, najpotpunijoj i najizvrsnijoj mjeri posjeduje i to od sebe i po sebi, a ne po akcidentalnom daru, tako da je prečasnno i presretno blažen i mudar, na svoju je sliku i priliku, u mjeri u kojoj ono to može primiti, a kako bi moglo biti sretno i blaženo, razumnome i racionalnome biću koje je stvorio darovao mudrost i znanje, *jer je sâm Gospodin Bog Gospodin sveg znanja*, kako kaže *Sveto pismo*.

[2] Želimo li, dakle, velikodušno i vrlo darežljivo biti pripušteni u *raskoš njegove slave*, u *njegove odaje*, u *skrivena bogatstva Božje mudrosti i znanja*, prvo mu se obratimo predanim molitvama, preklinjimo ga iz dubine duše i sa zanosom ga ljubimo. Kako kaže često spominjani najbožanskiji Platon, preuzvišeni oci, *Imajte na umu da smo i ja i vi, govornik i suci, samo ljudi, i da, kad je riječ o tako uzvišenim stvarima* koje se tiču uzvišene i nebeske mudrosti, *čak i osrednje objašnjenje zahtijeva velik napor*, od kojega svatko nužno klone nema li podrške očinske ljubavi: *tâ pod težinom takvoga tereta nužno se slamaju i atlantska ramena i iscrpljuje se herkulska snaga, ne pruži li nadnebesko božanstvo pomoć*. Naime, božanska mudrost prva je roditeljica svega i *prvi je uzrok koji se ne može opisati, i jezici ga ne uspijevaju opisati jer ne uspijevaju opisati njegov bitak, i jer je prvi uzrok iznad svakog drugog uzroka, i može ga se opisati samo putem drugih uzroka koje obasjava svjetlost prvog uzroka*, kako kaže autor *O uzrocima* u šestoj propoziciji. Isti komentator navodi da je *to zato što opis nastaje putem govora, a govor putem inteligencije, a inteligencija putem rasuđivanja, a rasuđivanje putem promišljanja, a promišljanje putem osjetila*. *No mudrost je iznad svih stvari, jer im je uzrok, i razlog zbog kojeg sve pojedinačnosti opstoje, i zbog toga ne spada ni pod osjetilo ni pod promišljanje ni pod rasuđivanje ni pod inteligenciju ni pod govor, i zato se ne može opisati. I stoga, kako svjedoči riječ apostolska, nismo sami od sebe, kao od sebe, sposobni što misliti,*

sed si quid existit in nobis, non ex nobis aut per nos, sed illius solius gratia qui *omnia opera nostra operatus est in nobis*.²⁸

[3] *Ideo, ut uerbis utar Platonis, agamus et deliberemus cepta uocata, ut mos est, prius diuinitate,*²⁹ atque ut *id meis precibus comprehensum maxime quidem sit, ut idem ait, ut ea dicantur a nobis que placeant deo,*³⁰ primum cum diuinissimo theologo, Paryseorum antistite, Ariopagita uidelicet Dyonisio primo capitulo *Celestis Yerarchie, Yesum, paternum lumen, inuocemus, quod est, quod uerum est, »quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum«, per quem ad principale lumen, Patrem, accesum habemus.*³¹ *Etenim, ut idem ait diuinissimus theologus, sicut omnis patre moto manifestationis luminum processio in nos optime ac large prouenit, sic iterum unifica uirtus, que est Christus Yesus, restituens nos replet et ad congregantis Patris unitatem et deificam simplicitatem conuertit.*³² Sicut enim diuinum uerbum per Paulum apostolum testatur, *ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia.*³³ *Origo enim fontium, ut inquit sacer Bernardus, et fluminum omnium est mare, uirtutum et scientiarum est Dominus Yesus Christus.*³⁴ *»In quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie Dei absconditi.«*³⁵ *Continentia carnis, cordis industria, nominis rectitudo, casta consilia, iusta iudicia, santa desideria ex isto emanant. Si quis uiget ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde scientie, inde sapientie sermo.*³⁶ *Quia gratia et ueritas per Yesum Christum facta est,*³⁷ *de cuius plenitudine omnes nos accepimus gratiam pro gratia* (Iohannis primo),³⁸ igitur in nostris precordiis fundamentis iactatis humilitatis, *Te, Christe Yhesu, huic cepto,*

²⁸ Isa. 26:12.

²⁹ Cf. Pl., *Ti.* 27B, ll. 4–5 = *Plato Latinus, Timaeus*, sv. 4, Waszink (ur.), p. 20: »Ergo age, Timaeae, deliba coeptum uocata, ut mos est, in auxilium diuinitate.«

³⁰ Pl., *Ti.* 27D, ll. 10–12 = *Plato Latinus, Timaeus*, sv. 4, Waszink (ur.), p. 20.

³¹ Ps.-Dion., *Coel. hier.* 1 (prev. Ivan Škot Eriugena) = *PL*, sv. 122, col. 1037C; Ioan. 1:9.

³² Ps.-Dion., *Coel. hier.* 1 = *PL*, sv. 122, col. 1037C.

³³ Rom. 11:36.

³⁴ Bern. Claraev., *Sermo super Cantica canticorum* 13.1 = Bernardus Claraevallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, sv. 1 (1–35), Jean Leclercq, C. H. Talbot, H. M. Rochais (ur.) (Rim: Editiones cistercienses, 1957), p. 68.

³⁵ Col. 2:3.

³⁶ Cf. Bern. Claraev., *Sermo super Cantica canticorum* 13.1 = Bernardus Claraevallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, sv. 1 (1–35), Leclercq, Talbot, Rochais (ur.), p. 68: »Continentia carnis, cordis industria, voluntatis rectitudo, ex illo fonte manant. Non solum autem, sed et si quis callet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde est. Inde scientiae, inde sapientiae sermo. *Thesauri siquidem sapientiae et scientiae ibi omnes absconditi sunt. Quid? Casta consilia, iusta iudicia, sancta desideria, nonne rivuli fontis illius sunt?*«

³⁷ Ioan. 1:17.

³⁸ Ioan. 1:16.

nego ako nešto ima u nama, to nije od nas ili putem nas, već samo zbog njega, koji je *tvorac svih djela naših*.

[3] *Stoga*, da se poslužim Platonovim riječima, *hajdemo i razmotrimo ovo čega smo se latili ali tek kad prvo, prema običaju, zazovemo božanstvo*, i, *pomolimo se da se naše riječi svide bogu*, pa prvo, zajedno s najbožanskijim teologom i pariškim prvakom, Dionizijem Areopagitom, u prvom poglavlju njegova djela *O nebeskoj hijerarhiji*, *zazovimo Isusa, svjetlo Boga Oca, koji Jest, koji je Istina*, »*koji prosvjetljuje svakog čovjeka koji dođe na svijet*«, *po kojemu imamo pristup Ocu, izvoru Svjetla*. Naime, najbožanskiji teolog Dionizije kaže, *kao što cijela povorka božanskih svjetala, proizlazeći od Oca, dolazi do nas kao najbolji i darežljivi dar, tako nas ujedinjujuća snaga, Isus Krist, ponovno okrepljuje i ispunjava, i usmjerava nas ka sjedinjenju s Ocem koji nas okuplja oko sebe i s obogotvorujućom jednostavnošću*. Naime, božanska riječ putem apostola Pavala svjedoči da je *sve od njega i po njemu i za njega*. *Od mora, naime, potječu svi izvori i rijeke, a od Gospodina Isusa Krista potječu sve vrline i znanja*, kaže sveti Bernard. »*U njemu su sakrivena sva bogatstva Božje mudrosti i znanja*«, *tjelesna čistoća, predano srce, ispravan karakter, čiste namjere, pravedne prosudbe, svete želje, sve to izvire iz njega*. *Od njega je velika nadarenost, sjajna rječitost, ugladeno ponašanje, znanja, govor mudrosti*. *Budući da milost i istina nastaju po Isusu Kristu, od čije punine svi mi primismo, i to milost na milost* (prvo poglavlje Ev. po Ivanu), pa, položivši temelj poniznosti u našim srcima, *zazivam te, Isuse Kriste*,

[225r] *penes quem hominum deorumque consensus maris ac terre regimen esse uoluit, certissima salus patrie, inuoco,*³⁹ ut noster hic presens sermo, nostra hec instans oratio deuote flagitantibus Dei uerbum fructus pariat salutare, piorum theosophie studentium mentibus consolationes ingerat et influat spirituales, utque opportunum sortiatur initium et progressum ordinatum accipiat atque fine competenti et debito terminetur. Quod ut fiat facilius, ad puerperam etiam uirginem, fontem totius bonitatis, concite nunc mentis oculos et cordis affectus dirigamus et eidem illud gratiosissimum uerbum angelicum offeramus corde puro, mente et uoce pia, dicentes sub silentio, *Aue, Maria.*

[4] Summi itaque ac diuini numinis implorato subsidio iam dicti thematis uerba resummo, uidelicet *erit tibi gloria*,⁴⁰ quod fuit thema asumptum in nostri sermonis exordio loco et capitulo superius dictis et nunc secundo adductum eximio uestro colegio. Reuerendissimi in Christo patres ac domini, domini antistites et presules sacratissimi, diuersarum scientiarum et facultatum magistri ac doctores peritissimi, magnifici domini, insignes nobiles, ciues percelebres omnesque ceteri patres prestantissimi dilectissimique et peramantissimi fratres, quoniam in nostri presentis sermonis principio fatiendum nobis esse uidetur quod in omni tractatu aut oratione decet fieri, ut uidelicet inter ipsa dicendi innitia consideretur quid sit de quo agitur, ut diuinus Plato docuit, idcircho presens hec nostra oratio nostri *diuturni silentii*⁴¹ causas primo explicabit, demum eiusdem absolutionis persuasibiles additiet rationes, et postremo rem ipsam, quam a principio instituimus, humane uidelicet et diuine sapientie laudes, utcumque poterimus, prosequemur. Licet, ut uerbis utar Ciceronis in *De laudibus Pompei*, *illud in primis mihi letandum in re ipsa esse uideam, quod in hac insolita mihi ex hoc loco ratione dicendi causa talis oblata est, in qua oratio deesse nemini posset. Cuius utique orationis difficilius est exitum quam principium inuenire. Ita quidem mihi non tam copia quam modus in dicendo querendus est.*⁴² Perscripto tantum et pernotato ordine dicta et succincte et quanto fieri breuius res ipsa de qua agitur postulabit exequemur, a prima parte nostre orationis sumentes initium.

[5] *Diuturni* itaque ac longioris propensiorisque *silentii*, reuerendissimi patres, insignes nobiles, patres conscripti celeberrimique ciues, quo meo huius sacratissime urbis ab ingressu in presens usque perductus sum, *non timor*, non pavor, non equidem *uerecundia* aut pudor, non denique tumor aut, ut plerique fortase putant, arrogancia animi, non quicquam, quod uestre consolationi

³⁹ Val. Max., 1, *praef.*

⁴⁰ Lk. 14:10.

⁴¹ Cf. Cic., *Marcell.* 1.1: »Diuturni silentii, patres conscripti, quo eram his temporibus usus <...>«.

⁴² Cic., *Leg. Man.* 1.3.

na početku ovoga poduhvata, koga su ljudi i bogovi suglasno odredili za vladara mora i zemlje, u koga je siguran spas naše domovine, da ova naša propovijed, da ovaj naš govor donese spasonosne plodove onima koji predano iskaju riječ Božju i da pruži duhovnu utjehu i nadahnuće pobožnim studentima teozofije, te da ima primjeren početak, da se razvija planiranim redosljedom, i da se prikladno i pravodobno završi. A da se to lakše ostvari, upravimo sada oči našeg uzbuđenog uma i ljubav našeg srca i prema djevičanskoj Bogorodici, izvoru sve dobrote, i čista joj srca, pobožna uma i glasa uputimo onu anđeosku riječ punu milosti, u tišini kazujući, *Zdravo, Marijo*.

[4] Zazvavši za pomoć najviše božanstvo, vraćam se na riječi današnje teme, naime *bit će ti na čast*, koje sam u uvodu naše propovijedi preuzeo s poviše spomenutog mjesta i poglavlja, i sada ih po drugi put navodim vašem istaknutom skupu. Veleštovani oci u Kristu i veleštovana gospodo, presveta gospodo biskupi i presveti prelati, prestručni magistri i doktori raznih znanosti i fakulteta, veličanstvena gospodo, ugledni plemići, preslavni građani, i svi ostali preuzvišeni oci i prevoljena braćo, budući da nam se čini da na početku ove propovijedi trebamo reći ono što se treba iznijeti na početku svake rasprave ili govora, naime, razložiti o čemu se radi, kako nas je podučio božanski Platon, pa će ovaj naš govor prvo objasniti razloge naše *dugotrajne šutnje*, zatim će navesti vrlo uvjerljive argumente za odrješenje od krivice, i naposljetku će, najbolje što budemo mogli, obraditi predmet na samom početku naveden, naime, pohvalu ljudskoj i božanskoj mudrosti. Da se poslužim Ciceronovim riječima iz njegova govora *U Pompejevu pohvalu*, *Jasno uviđam da se prvenstveno trebam veseliti tome što, iako nisam vičan držati ovu vrstu govora s ove platforme, pravni slučaj je takav da govornička vještina ne može nikoga iznevjeriti. Tà teže mi je naći način kako završiti ovaj govor nego kako ga započeti i ne moram tražiti obilje riječi već naći mjeru u načinu izražavanja*. Iznijevši redosljed govora, nastavit ćemo sažeto i što je kraće moguće, započinjući s prvim dijelom našeg govora.

[5] Veleštovani oci, ugledni plemići, upisani oci³ i preslavni građani, razlog ove moje *dugotrajne* i teške šutnje, u kojoj sam proveo sve vrijeme od svog dolaska u ovaj presveti grad, nisu strah ni trepet, nisu niti sramežljivost ili plahost, a nisu ni umišljenost ili oholost, kao što možda veći broj vas misli, a nije niti to

³ »Upisani oci« (Lat. »patres conscripti«) je starorimski, republikanski naziv za rimske senatore, koji su humanisti preuzeli kao počasni naslov za – u ovom slučaju – dubrovačke senatore.

desse uoluerim, causam prebuere,⁴³ sed ipsa post diutinos labores, iniurias post calamitates, post peregrinationes longas et exilia, denique post carceres, aculeos, tormenta, anxiis concupita conatibus primos dum attingi lares, quies ipsa, uidelicet calamitatum omnium huius quibus incole exilii affitiuntur et mortales finis et terminus, quo resoluti artus laboribus et erumpnis pace compaginantur conectunturque unione peroptata, et spiritus, anxietatibus et procellis agitati, pacati conquiescunt. Cuiuslibet enim exercitii [225u] est quies et nil tam utile post laborem nullumque efficacius remedium.

[6] Ipsa quoque nobilium ceterorumque ciuium et sanguinis propinquitate coniunctorum necesariorum quoque et carorum amicorum mei sani et liberi redditus gratulabunda simul et gaudens exceptio, que uno utique in die expleri et perfici non ualuit, taciturnitati mee a principio causam tulere non modicam. *Quoniam, ut preclare scriptum est a Platone, non solum nobis nati sumus, sed ortus nostri partem patria uendicat, partem amici, atque, ut placet Stoycis, que in terris gignuntur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa genitos esse, ut ipsi inter se alii alii prodesse possint*, ut ait Tullius in primo *De offitiis*.⁴⁴

[7] Denique in progressu, ipsa potissimum intemperies aeris radiis esuantis Canicule laborantis et implacabilis ire, quo tantum deserens a Tropico Cancri ad inferius sol emisperium progreditur. Quo in tempore non solum medicorum peritissimorum documento ab egris corporibus farmacha uitanda et prohibenda decernuntur, Ypocratis, summi medicorum principis, in *Aphorismis*⁴⁵ auctoritate attestante *ante Canem, sub Cane et post Canem molestas esse purgationes*,⁴⁶ propter caliditatem scilicet, que est experte stelle et signi. Quia sicut inquit magnus Albumasar, astrologorum princeps peritissimus, in suo *Maiori introductorio* differencia 4., post Caniculam, que oritur duodecimo gradu Cancri peracto solstitio estiuale, sole a nobis recedente, cuius accesus calorem et permanentia siccitatem introducunt, non est tutum †minuere† ut sumere medicinam propter excessum distemperantie aeris in calore, quia sicut uirtus expulsiua ab operatione deficit frigido super humido radicali optinente, sic et calido extraneo supernaturali dominante. Frigidum enim, cum sit qualitas mortificatiua, non seruit operibus uite secundum Auicenam, similiter et calor extraneus (quod probat Ysaac in *De febribus*). *Calor, inquit, extraneus, accensus in corde, transiens per uenas et arterias mediante spiritu et sanguine,*

⁴³ Cf. Cic., *Marcell.* 1.1: »Diuturni silentii, patres conscripti, quo eram his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim uerecundia, finem hodiernus dies attulit, <...>«.

⁴⁴ Cic., *Off.* 1.7.22.

⁴⁵ Sic, sed pro »*Aphorismis*«.

⁴⁶ Hipp. *Aph.* 4.5.

da sam vam htio uskratiti riječi utjehe, već je to sâm odmor za kojim sam žudio u grozničavom nastojanju da se vratim u domovinu, nakon dugih napora, nakon nepravednih nevolja, nakon dugih lutanja i progonstava, naposljetku nakon zatvora, maltretiranja, mučenja – razlog je naime konačni kraj svih nevolja koje pogađaju smrtnike u ovom zemaljskom životu, uslijed kojeg tijelo onemoćalo od napora i nedaća zacjeljuje i ozdravlja u žuđenom miru i sjedinjenju s vama, a duh razdražen tjeskobama i turbulentnim događajima se smiruje i nalazi spokoj. Ništa nije tako korisno nakon napora i nijedan lijek nije tako učinkovit kao odmor od svake djelatnosti.

[6] Nemali razlog moje početne tišine jest i to što ste me vi, plemići i ostali građani, obitelj i dragi prijatelji, radosno dočekali čestitajući mi što sam se vratio čitav i slobodan, a to se ne može ispuniti u jedan jedini dan. Kako kaže Ciceron u prvoj knjizi svoga djela *O dužnostima*, *Budući da, prema onim slavnim Platonovim riječima, nismo rođeni samo za sebe, već nas dijelom prisvaja domovina, a dijelom prijatelji, i budući da, kao što drže Stoici, sve što zemlja rađa stvoreno je za čovjeka, tako su i ljudi rođeni radi drugih ljudi, kako bi si mogli uzajamno pomoći.*

[7] Naposljetku, razlog moje šutnje je i od sunčevih zrākā uzavreli zrak za vrijeme Maloga psa koji prži neumoljivom žestinom, jer sunce upravo tada napušta Rakovu obratnicu i putuje prema donjoj polutci. Ne samo da najstručniji liječnici propisuju da tada tjelesno slabi ljudi trebaju izbjegavati lijekove ili ih uopće ne uzimati, nego i Hipokrat, neprikosnoveni prvak liječnika, u svojim *Aforizmima* kaže da *prije Psa, za vrijeme Psa, i nakon Psa primjena purgativa nije prikladna*, zbog vrućine dakako, koja je karakteristična za zviježđe i znak. Veliki Albumasar, prestručni prvak astrologā, u četvrtoj razlici svoga *Većeg uvoda* kaže da poslije Malog psa, koji se javlja na dvanaestom stupnju Raka nakon ljetnog solsticija, a kada se Sunce počne udaljavati od nas, čiji dolazak donosi vrućine a postojanost sušu, nije sigurno uzimati lijekove zbog pretjerane vrućine zraka, jer je tada moć tijela da eliminira štetne stvari umanjena kako dok prevladava hladnoća zbog humoralne vlage, tako i dok vani prevladava natprirodna vrućina. Prema Aviceni, naime, hladnoća ne pogoduje životnim djelatnostima, budući da je njena kvaliteta umrtvljujuća, pa tako ni vanjska vrućina (što utvrđuje Izak u svome djelu *O groznici*), kazujući da *vanjska vrućina, raspalivši se u srecu, putuje venama i arterijama posredstvom duha i krvi*

*inflamatur inflammatione nociua operibus naturalibus.*⁴⁷ Vnde et medicine tunc temporis sunt minoris uirtutis, quia calor extraneus uires extrahit medicine, uerum etiam eo in tempore cuiuslibet spiritualis exercitii, quod \negotium/ cum nimia corporis molestia fit.

[8] Preclarissimarum uniuersitatum maxime Parysiensis, matris mee, uacationibus illis in temporibus consuetis suo exemplo fugiendi nobis datur documentum. Non quod omnino quidem a studio sit uacandum, sed quia remisius nobis⁴⁸ est agendum temporum comparatione aliorum, illis potissime et maxime qui complexionis rarioris sunt et nature et magis susceptibiles impresionum peregrinarum facileque ab excessiuis et excelentibus qualitatibus patientes, potissimum si etiam naturalis aut consueti aeris eo in tempore contingat excelens mutatio, ad quam raro etiam ceteris temporibus, nisi in fortem naturam habentibus, fit, ut etiam corporum secundum sanitatem et egritudinem alteratio non sequatur, unde et inter ceteras causas necessarias non naturales, que mutant dispositiones corporum et que conseruant⁴⁹ eas, a quibus impossibile est hominem egredi in toto tempore uite. [226r] Aer circumstantans nos et prima ponitur et principalis, unde et *aer quidem, dum est temperatus et clarus neque substantia extranea complexionis spiritus contraria ei admiscetur, est sanitatem efficiens et ipsam conseruans, et, cum mutatur, sue operationis contrarium operatur*, ut patet per Auicenam, liber primus, fen secundum, doctrine secundae capitulum secundum.⁵⁰ Cuius conditionis ac complexionis corporee etiam ipse primus aspectus materie declarat et quam comparauerit euidenter et aeris et prime mutationis effectus in eo ipso qui loquitur precedens paulo ante debilitas corporis et alteratio demonstrat.

[9] Sed neque id solum cause mei ex parte fuit, cum non minus etiam utilis et demulcens ammonitio, nisi suo tempore et competenti fiat, tedio afficiat audientes quam loquentem. Nam sicut nec aput omnes eodem modo loquendum est, ut Tullius censuit in *De oratore* libro tertio,⁵¹ atque ut *iuxta materiam sunt sermones expetendi*,⁵² ut Aristoteles docet in *Ethicis, et disciplinati hominis est*

⁴⁷ *Avicennae liber Canonis*, lib. 4, fen 1, tract. 1, cap. 1 = *Avicennae liber Canonis*, Andrea Alpage (ur.), p. 411: »Febris est calor extraneus, accensus in corde, et procedens ab eo medianibus spiritu et sanguine per arterias et venas, in totum corpus inflamatur in eo inflammatione, quae nocet operationibus naturalibus.«

⁴⁸ Corr. ex »nobiscum«.

⁴⁹ Corr. ex »conseruat«.

⁵⁰ *Avicennae liber Canonis*...lib. 1, fen 2, doct. 2, cap. 2 = *Avicennae liber Canonis*, Andrea Alpage (ur.), p. 31.

⁵¹ Cf. Cic., *Orat.* 35.123: »Nam nec semper nec apud omnis nec contra omnis nec pro omnibus nec cum omnibus eodem modo dicendum arbitror.«

⁵² Cf. Arist., *Eth. Nic.* 1.3.1094b11–12 (prev. Robert Grosseteste) = *Aristoteles Latinus, Ethica Nicomachea*, sv. 26, fasc. 3, Rhenanus A. Gauthier (ur.) (Turnhout: Brepols, 1973), cap. 2 na p. 142.

te uzrokuje upalu štetnu za prirodne aktivnosti. Odatle slijedi da tada i lijekovi imaju smanjeni učinak, jer vanjska vrućina isisava djelatna svojstva lijeka, ali i snagu za duhovni rad, a ta vrsta posla odviše iscrpljuje tijelo.

[8] Tada i preslavna sveučilišta, među kojima prednjači pariško, moja *alma mater*, obično imaju raspust, pružajući nam time primjer za predah od rada. Ali ne jer se posve treba prestati baviti naučnim radom, nego jer tada u usporedbi s drugim godišnjim dobima godine trebamo malo opuštenije raditi, i to prije svega ljudi krhke tjelesne konstitucije i naravi, jer su tim više prijemčivi za strane utiske, i lako na njih djeluju pretjerane kvalitete, a naročito ako tada dolazi do značajne atmosferske promjene od po prirodi uobičajene, uslijed koje se i u drugim godišnjim dobima rijetko događa, osim u slučaju ljudi koji su po prirodi snažne naravi, da ne dolazi do preinake tjelesnog stanja prema zdravlju i bolesti, pa odatle i među ostale nužne uzroke koji nisu prirodni, a koji mijenjaju ili čuvaju tjelesne dispozicije, od kojih pak čovjek ne može pobjeći cijeli svoj život. Zrak koji nas okružuje prvi je i glavni uzrok života, stoga *zrak, dok je umjeren i čist i vanjska se supstancija suprotna konstituciji duha ne miješa s njim, uzrokuje i čuva zdravlje, a kad se preinači djeluje suprotno na čovjeka*, kako jasno pokazuje Avicena u drugom poglavlju drugog učenja drugog fena prve knjige. Čak i prvi pogled na vanjski izgled tijela jasno pokazuje utjecaj i zraka i prve preinake na stanje duha i tjelesnu konstituciju, a nedavna tjelesna slabost i preinaka tjelesnog stanja ovoga samog koji vam se obraća to i potvrđuju.

[9] No taj razlog, koji proizlazi iz mene, nije bio jedini, već jednako tako i korisna i blaga opomena da će govor, ne održi li se u pravi i prikladan trenutak, biti zamoran i slušateljima i govorniku. Naime, kao što se ne smije istim stilom govoriti pred svima, smatra Ciceron u trećoj knjizi svoga djela *O govorniku*, a *rasprave se trebaju kroitati prema građi*, Aristotel nas podučava u *Etici*,⁴ i *obrazovan čovjek*

⁴ Sc. *Nikomahova etika*.

*de uno quoque fidem capere temptare, quantum rei ipsius natura permittit, ut optime ab eodem philosophorum principe dictum est,*⁵³ sic et quando dicendum temporis ipsius est opportunitas exsposcenda, cum omnia suis debeant conuenire temporibus, ut sacri canones tradunt.⁵⁴ *Omnia quidem tempus habent,*⁵⁵ unde et *tempus tacendi est et tempus loquendi*, ut sapientissimus Ecclesiastes concludit.⁵⁶ Temporibus igitur qualitas et proprii subiecti imbecilitas ac uirium debilitas omnium diuturniorem causam silentii perstiterunt.

[10] Quibus et augmento fuit tempus subsecutum uindemie recolectioque fructuum, quo necessitati uite presentis prouidetur. Sicut enim philosophia naturam, sic philosophari prouidere necessitatibus presupponit, ut clare demonstrat Aristoteles in principio *Metaphisice*, ubi ait quod *pluribus artibus repertis et aliis quidem ad necessaria, aliis uero ad introductionem existentibus*, prima philosophia reperta est.⁵⁷ *Unde iam omnibus talibus institutis ad necessitatem uite pertinentibus, hec non ad uoluptatem neque ad necessitatem scientiarum reperte sunt, et primum in hiis locis ubi uacabant. Unde circha Egiptum mathematice artes primum constiterunt. Ibi namque sacerdotum gens, quibus a populo necessaria ministrabantur, uacare philosophie dimissa est et studere concessa.*⁵⁸ Quod et Tullius apertioribus uerbis declarat primo *De ofitiis*, ubi ait, *Principio generi animantium omni est a natura tributum ut se uitamque corpusque tueatur, declinetque ea que nocitura uidentur, omniaque que sint ad uiuendum necessaria inquirat et paret, ut pastum, ut latibula, ut alia generis eiusdem, et cetera.*⁵⁹ Et paulo post subdens proprium hominis, ait, *Sed inter hominem et beluam hoc maxime interest, quod hec tantum, quantum sensu mouetur, ad id solum quod adest quodque presens est se accomodat, paululum ad modum sentiens preteritum aut futurum. Homo autem quoniam rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas*⁶⁰ *rerum uidet earumque progresus et quasi antecessiones non ignorat, similitudinesque comparat, rebusque presentibus adiungit atque adnectit futuras, facile totius uite cursum uidet ad*

⁵³ Cf. Arist., *Eth. Nic.* 1.3.1094b23–25 = *Aristoteles Latinus, Ethica Nicomachea*, sv. 26, fasc. 3, Rénatus A. Gauthier (ur.), cap. 3 na p. 143.

⁵⁴ Cf. *Eccles.* 3:1–8.

⁵⁵ *Eccles.* 3:1.

⁵⁶ *Eccles.* 3:7.

⁵⁷ Arist., *Metaph.* 1.1.981b17–19 = *Aristoteles Latinus, Metaphysica*, sv. 25/3, Vuillemin-Diem (ur.), pp. 13–14.

⁵⁸ Arist., *Metaph.* 1.1.981b1–25 = *Aristoteles Latinus, Metaphysica*, sv. 25/3, Vuillemin-Diem (ur.), p. 14.

⁵⁹ Cic., *Off.* 1.4.11.

⁶⁰ Corr. ex. »casus«.

zahtijeva pouzdanost o svakoj pojedinoj stvari, u mjeri u kojoj priroda predmeta to dopušta, isti je prvak filozofa vrlo lijepo rekao, pa tako treba tražiti i prikladan trenutak za držanje govora, jer sve ima svoje vrijeme, kako kaže sveti kanon. *Sve ima svoje doba*, pa tako postoji *i vrijeme šutnje i vrijeme govorenja*, zaključuje premudri Propovjednik. Kvaliteta godišnjeg doba, moja vlastita onemoćalost i potpuni nedostatak snage čvrst su razlog za moju dugotrajnu šutnju.

[10] K tome, uslijedila je i berba grožđa i drugih plodova, kako bi se namirile osnovne životne potrebe. Naime, kao što je priroda nužni preduvjet za filozofiju, tako je namiriti se osnovnim životnim potrebštinama nužni preduvjet za filozofirati, što jasno pokazuje Aristotel na početku *Metafizike*, gdje kaže da *nakon što se veći broj umijeća otkrio, od kojih su neke bile namijenjene za životne potrebštine, a neke za zabavu*, otkrivena je prva filozofija. *Kad su sva takva umijeća koja se tiču životnih potrebština bila zasnovana, iznađene su znanosti koje nisu niti radi zabave niti radi životnih potrebština, i to prvo na onim mjestima gdje su ljudi uživali dokolicu. Zato su i matematička umijeća prvo nastala u Egiptu, jer je tu svećeničkom staležu, koje je narod snabdijevao životnim potrebštinama, bila dopuštena dokolica za bavljenje filozofijom i za naučni rad.* To je i Ciceron vrlo jasno rekao u prvoj knjizi svoga djela *O dužnostima*, *Priroda je prvo svaku vrstu živih bića obdarila nagonom da čuvaju sebe, da izbjegavaju ono što im djeluje škodljivo, i da si pribavljaju i osiguravaju sve životne potrebštine, poput hrane, skloništa i ostalo tome slično.* Malo niže u tekstu, govoreći o onom svojstvenom čovjeku, kaže, *Ali najznačajnija razlika između čovjeka i životinje jest to što se životinja, utoliko što je pokreću samo osjetila, prilagođava samo onome što je prisutno u datom trenutku, s posve malo osjećaja za prošlost ili budućnost. Čovjek pak, s obzirom na to da ima razum po kojem razabire posljedice, vidi uzroke stvari, i razabire tako-reći uzročno-posljedične veze, povlači analogije, i uspostavlja vezu između*

*eamque degendam preparat res necessarias.*⁶¹ Quibus preparatis, ut infra inquit, *Itaque cum sumus necessariis negotiis curisque uacui, tum habemus aliquid uidere, audire ac [226u] discere cognitionemque rerum aut occultarum aut admirabilium ad beate uiuendum necessariam ducimus. Ex quo intellegitur, quod uerum, simplex sincerumque sit, id esse nature hominis aptissimum.*⁶² Ex quibus manifeste coligitur quod prius necessitati uite prouidendum est quam ut quis se philosophie tribuat, quoque eo in tempore, quo uite necessaria procurantur, prouisioni potius quam philosophie uacandum est, quoniam et tunc *ditari melius est quam philosophari*, ut optime Aristoteles inuit.⁶³

[11] Verum dictis silentii causis locum tenentibus, cum id tantum necessario aperiendum putauerim. Quo id fieri in tempore maxime conueniret, dum attentius cogitarem, tandem toto hec in orbe preclara gloriosissimi euangeliste medicorumque principis, Luce, dies innotuit. Que ut principium fieret exercitii totius et scolastici certaminis studiorum omnium, uetus consuetudo consecrauit, nec, ut existimo, absque rationis fundamento in usum in presens usque deduxit. Neque enim sapientum multitudo aut instituit aliquid aut absque ratione obseruat, quoniam omnis ipsius et actus et operatio offitium est ceditque ceteris in exemplum. Etenim si is, cui hec in honore ab ecclesia dies consecrata est, diligentius attendatur, hunc esse diem patebit ex nomine, ex gradu et ex offitii dignitate tante rei aptissimum. Que et si latius essent et forent etiam necessario declaranda, tantum et hec et quamplura alia, que, ut in presenti dicerentur, animo conceperam, ipsius materie, de qua agitur, copiosa et lata amplitudo et temporis breuitas atque coartatio, ut recidantur, exigunt et exposcunt. Hoc mihi tantum in presens existimans sufficere, sanctorum uidelicet et antiquorum patrum atque studiorum in huius rei inchoatione et prosecutione actus uestigiis inherere atque hic prime parti instantis orationis finem pariter imponere, dehinc ad alias mentis oculos et cordis diuertentes, in quibus, ut existimo, et ex quibus maior et multo amplior *erit tibi gloria.*⁶⁴

\\SECUNDA PARS//

[12] Sed secundum, ordine congruo, ut prefinitum est, prosequentes, uestri erga me, prestantissimi patres, affectus maxime effecerunt ut imperitiam meam in presenti nequaquam silentio preterirem. Vidi namque, *patres conscripti*,

⁶¹ Cic., *Off.* 1.4.11–12.

⁶² Cic., *Off.* 1.4.13.

⁶³ Cf. Arist., *Top.* 3.2 = *Aristoteles Latinus, Topica, translatio Boethii, fragmentum recensio- nis alterius, et translatio anonyma*, sv. 5, fasc. 1–3, Laurentius Minio-Paluello (ur.) (Bruxelles: Brepols, 1969), p. 56: »philosophari est melius quam ditari, sed ditari melius est necessitatem patienti.«

⁶⁴ Lk. 14:10.

sadašnjosti i budućnosti, lako sagledava tijek svoga cijelog života i pripravlja potrepštine nužne za život. Pripravivši nužne potrepštine, kaže niže, Kad smo dakle slobodni od nužnih obveza i briga, tada želimo nešto novo vidjeti, čuti i naučiti, i smatramo znanje o tajnama i čudima nužnim za sretan život. Iz toga se razabire da je čovjekovoj naravi najprikladnije ono što je istinito, jednostavno i iskreno. Odatle se jasno zaključuje da se prvo treba pobrinuti za životne potrepštine pa se onda posvetiti filozofiji, i to tim više u ono doba godine kada se pribavljaju životne potrepštine budući da je tada bolje privređivati nego se baviti filozofijom, kako Aristotel lijepo navodi.

[11] Naveo sam razloge svoje šutnje dostojanstvenicima, samo ono, naime, što sam smatrao nužnim iznijeti. Dok sam podrobno razmišljao koji je trenutak najprikladniji za ovo, svanuo je konačno i ovaj u čitavom svijetu presjajni dan posvećen preslavnom evanđelistu i prvaku liječnikā, Luki. Stari je običaj učinio ovaj dan početkom rada i akademskog nadmetanja svih sveučilišta, i s razlogom ga, smatram, zadržao sve do dan danas. Naime, ne bi brojni mudri ljudi ni uveli nešto niti bi to bez razloga sačuvali, budući da je djelatnost svakog pojedinog mudrog čovjeka njegova dužnost, čime drugima pruža primjer. Želimo li Luki, kome je u čast Crkva posvetila ovaj dan, iskazati dužno poštovanje, bit će nam jasno da je ovaj dan po imenu, položaju i dostojanstvu službe za to najprikladniji. Čak i da je bilo nužno, i bude li nužno, opširnije izložiti ove i mnoge druge stvari koje sam bio naumio ovom prilikom reći, obimna građa i ograničeno vrijeme zahtijevaju da skratim. Smatram da mi je ovo sada dovoljno pa, idući tragom svetih i antičkih otaca i književnosti kako u početnom dijelu tako i u obradi predmeta, ovdje jednako tako završim prvi dio ovoga govora, usmjeravajući oči našeg uma i srca k ostalim stvarima koje *će ti biti na čast*, mnogo veću i uzvišeniju.

DRUGI DIO

[12] Nego, nastavljajući utvrđenim redosljedom, vaši osjećaji prema meni čine, preuzvišeni oci, da se u ovom trenutku svakako dotaknem svoje neumješnosti. Vidio sam, naime, i *vidim, upisani oci, da su vaša lica i oči*

*et uideo in me omnium uestrum ora atque oculos et fuisse conuersos et esse*⁶⁵ atque quadam auiditate, ut ita dixerim, feminea solícite intentos. *Attento silentio mentem atque aures habentes paratas*, ut probos Plato instituit auditores,⁶⁶ quasi quoddam oraculum et occulte cuiusdam ac recondite rei simulacrum audituri. In hoc, pace uestra dixerim, aut amore fortase aut uulgari et falaci oppinione seductos, cum neque tanti me sentiam nec quicquam talium aut mihi inesse aut adesse cognoscam, quod aut in animis nostris sedeat aut nostris conueniat ingenii, quod sitibundos reficiat, auidos quietet, siue sua nouitate in admirationem conuertat. Quid namque magni, quid noui, quid inusitati, quid denique quod *ad rem publicam pertineat*, quod *ad eorum*⁶⁷ *immortalium religionem*, quod ad pietatem spectabit, quod ad utilitatem conueniat auditorum, quibus rebus auditores reddimus attentos,⁶⁸ uel a me dici uel explicari queat, quod ante hunc diem, hoc in loco, *quo nichil nisi perfectum ingenio, elaboratum industria*,⁶⁹ ut Cicero ait, *afferri oportet* a peritissimis preclarissimisque uiris, quibus numquam hic locus caruit, eliminatum disertumque non fuerit?

[13] Sed neque hoc uacuum esse uirtute potest quod ad inusitatas et nouas res uestri excitantur animi et audire et intelligere. *Neminem* namque, ut nobilissimi oratoris testatur sententia, *excelsi ingenii* [227r] *uirum humilia delectant et parua*.⁷⁰ *Habet enim hoc optimum in se generosus animus, quod ad ardua concitatur et honesta*.⁷¹ *Magnarum rerum species ad se uocat et attollit*. Atque ignee flamme comparatus, que surgens in rectum, *iacere ac deprimi <non> potest, non magis quam quiescere; itaque noster animus in motu est, eoque mobilior et actuosior, quo uehementior fuerit. Sed felix qui ad meliora hunc impetum dedit*,⁷² tantoque auidius et attentius surgit in altum, quanto res proposita exstiterit admiratione dignior. Qua generositate animi primum apud Egiptum sapientes philosophari inceperunt. *Nam propter admirari et nunc et primum inceperunt*

⁶⁵ Cf. Cic., *Cat.* 4.1: »Video, patres conscripti, in me omnium uestrum ora atque oculos esse conuersos <...>«

⁶⁶ Cf. Pl. *Ti.* 27A, ll. 14–15 = *Plato Latinus, Timaeus*, sv. 4, Waszink (ur.), p. 19: »attento silentio mentem atque aures parabo«.

⁶⁷ Sic, sed forsán pro »deorum«.

⁶⁸ Cf. *Rhet. Her.* 1.4.7: »Quoniam igitur docilem, benivolam, adtentum auditorem habere uolumus, quo modo quidque effici possit aperiemus. Dociles auditores habere poterimus, si summam causae breuiter exponemus et si adtentos eos faciemus; nam docilis est qui adtente uult audire. Adtentos habebimus, si pollicebimur nos de rebus magnis, nouis, inusitatis uerba facturos, aut de iis quae ad rem publicam pertineant, aut ad eos ipsos qui audient, aut ad deorum immortalium religionem <...>«.

⁶⁹ Cic., *Leg. Man.* 1.1.

⁷⁰ Sen., *Ep.* 4.39.2.

⁷¹ Sen., *Ep.* 4.39.2.

⁷² Cf. Sen., *Ep.* 4.39.3: »Quemadmodum flamma surgit in rectum <...>«.

okrenuti prema meni i da me netremice gledate kao kakva pohotna žena, da se tako izrazim. *Pozorno me slušate u posvemašnjoj tišini*, podučio je Platon slušatelje da budu dobri, kao da ćete upravo čuti neko proročanstvo ili ugledati neki tajanstveni prizor. U tome ste, dopustite mi da kažem, zavedeni možda vašom ljubavlju ili pak varavim javnim mnijenjem o meni, budući da se ne smatram tako značajnim, i znam da moja nadarenost nije dostatna i da u mojoj duši ne leži ništa takvoga čime bih utažio žeđ žednima, umirio neutažive, ili čime bih zadivio izvornošću. Tâ što bih ja mogao reći ili objasniti a da je značajno, izvorno ili neuobičajeno, ili *da se*, naposljetku, *tiče države, ili pak vjere* i pobožnosti *prema* ovim *besmrtnicima*, ili pak da je slušateljima korisno – a tim naime stvarima publiku držimo pozornom – a da već prije današnjega dana presjajni i prestručni muževi nisu izrekli na ovome mjestu, na koje se, kako kaže Ciceron, *treba donijeti isključivo plod najveće nadarenosti i predanog rada*, a takvima ovo mjesto nije manjkalo?

[13] Međutim, to što vas potiče da poslušate i shvatite nove i neuobičajene stvari mora imati vrlinu. Naime, mišljenje preplemenitog govornika posvjedočuje da *sitne, bezvrijedne stvari ne pružaju zadovoljstvo niti jednom mužu izvanredne nadarenosti*. Naime, *plemenita duša posjeduje ono najbolje, a to je da ga potiču uzvišene i časne stvari. Vizija velikih postignuća ga privlači i zanosi*. Kao što se plamen koji bukti uvis *ne može obuzdati nisko pri tlu, ništa više nego što ga se ne može ugasiti, tako je i naša duša u pokretu, i što je gorljivija, tim je pokretnija i djelatnija*. No, *sretan je čovjek koji je taj nagon uložio u veća postignuća*, i tim se željnije i revnije vinuo uvis, koliko je stvar koju želi doseći vrednija divljenja. Od te su plemenitosti duše prvo mudri ljudi u Egiptu započeli filozofirati. *Jer zbog čuđenja su ljudi i sada i isprva počeli filozofirati*,

*homines philosophari, a principio quidem pautiora dubitabilium mirantes, deinde paulatim sic procedentes et de maioribus dubitantes, ut de Lune passionibus, et de hiis que circha sollem et astra, et de uniuersi generatione, ut inquit Aristoteles in principio Metaphisice.*⁷³ Ubi paulo post subdit, *Incipiunt quidem enim omnes ab admirari, ut diximus, si ita habet, quemadmodum admirabilium athonata, nondum speculantibus causam, aut circha solis conuersiones aut dyametri non comensurationem; mirum enim uidetur esse omnibus, siquid non minimorum non mensuratur. Oportet autem in contrarium et ad dignius iuxta prouerbium consummare, quemadmodum et in hiis cum didicerint; nichil enim mirabitur uir geometricus, si {non} dyameter comensurabilis fiat,*⁷⁴ et ceteris. Sic quoque et hac generositate animi ciues *Attenienses omnes permoti et aduene hospites ad nichil aliud uacabant nisi aut dicere aut audire aliquid noui, ut habetur Actuum septimo decimo capitulo.*⁷⁵ *Fuit autem Atteniensium ciuitas longe ceteris prestantior morum bonitate ac potentia uirium, belloque et pace memoranda, eiusque opera magnifica omnem, sicut nos accepimus, quamuis preclare glorie illustrationem obumbrantia, ut diuinus inquit Plato in Timeo.*⁷⁶ Cui quidem auiditati uestre, patres conscripti, illud non mediocri quoque admiratione stupendum preclare est annexum, quod ad effodiendam sapientiam non solum maximos sanctissimosque patres auctoresque perquiritis, uerum et in augmentum glorie uestre etiam humiles et paruos pio affectu addidistis consulere. Hinc est quod et ingenioli nostri paruitatem nunc piis affectibus non dedignati estis impellere nec me uellut otiosum inhertieque sompno sopitum perpesi estis dormire. Iussionibus igitur et uoluntatibus piisque uestris affectibus neque uolens neque ualens resistere, rem quidem difficilem et penne impossibilem nobis relegato silentio impresentiarum sum aggressus.

[14] Sed iustum quidem et equum, gloriosissimi patres, censui mihique omnino pernecessarium uisum est, ut etiam talenti crediti, qualiter et quibus mutuis subierit, ratio subitiatur et reddatur. Quanto namque spiritualia corporalibus, celestia terrenis, et perituris ac transitoriis perpetua et eterna antecedunt, tanto mercimoniarum nostrarum, quas lucraturi nos promisimus, pro quibus et talenta nobis tradita lustratis prouintiis mutuo subegimus, earum, quas merces et terrenas diuitias {aptatis}, splendor eximius antecellit. Si ergo in hiis tanto studio ac diligentia summa ratio expetitur a mortalibus et redditur, quanta dili-

⁷³ Arist., *Metaph.* 1.2.982b12–17 = *Aristoteles Latinus, Metaphysica*, sv. 25/3, Vuillemin-Diem (ur.), p. 16.

⁷⁴ Arist., *Metaph.* 1.2.983a13–20 = *Aristoteles Latinus, Metaphysica*, sv. 25/3, Vuillemin-Diem (ur.), p. 17.

⁷⁵ Acta 17:21.

⁷⁶ Pl., *Ti.* 23C, l. 11–14 = *Plato Latinus, Timaeus*, sv. 4, Waszink (ur.), p. 15.

čudeći se u početku manjim dvojabama, a zatim su pomalo napredujući počeli ispitivati veće dvojbe, kao na primjer o mijenama mjeseca, sunca i zvijezda, te o postanku svemira, kako kaže Aristotel na početku *Metafizike*. Malo niže dodaje, *Jer, kao što smo rekli, svi počinju od čuđenja je li nešto doista takvo, kao npr. samokretne lutke, još uvijek ne razmišljajući o njihovim uzrocima, ili solsticiji ili nesumjerljivost promjera; svima se, naime, činilo čudnovatim to što se ne nešto može izmjeriti niti najmanjom mjernom jedinicom. Ali, treba završiti u protivnosti i, prema poslovi, u boljemu, kako i je u onih koji shvate uzrok; jer geometričar se ne bi ničemu više čudio nego kad bi promjer bio sumjerljiv, i tako dalje. Tom plemenitošću duše potaknuti, svi Atenjani, građani, i nastanjeni stranci ni na što drugo ne troše vrijeme nego da neku novost kažu ili čuju, kako stoji u 17. poglavlju *Djela*.⁵ Država Atenjana nadaleko se isticala po dobrim običajima i snazi, čuvena i u ratu i miru, a njihova veličanstvena djela, kao što smo doznali, zasjenjuju i svaki pokušaj da se prikaže ma kako presjajna slava, kaže božanski Platon u *Timeju*. A u tom vašem žudnom nastojanju da pronađete mudrost, upisani oci, velikog je divljenja vrijedno i to što ne tražite samo najuglednije i presvete oce i autore, nego ste se, kako biste uvećali svoju čast, potaknuti svojim pobožnim čuvstvom, okrenuli za savjet i neznatnim pojedincima. Stoga, potaknuti svojim pobožnim čuvstvima, niste smatrali moju malenkost nedostojnom aktivirati je, i niste dopustili da prepušten uspavanoj dokolici besposleno mirujem. Vašim se, dakle, zapovijedima, željama, i pobožnim čuvstvima nisam niti htio niti mogao oduprijeti, i, prekinuvši svoju šutnju, sada sam se primio ovog teškog i meni gotovo neizvedivog zadatka.*

[14] No smatrao sam pravednim i prikladnim, preslavni oci, i činilo mi se posve nužnim da vam položim račun za vaš zajam, na koji je način i za koje dobro utrošen. Naime, koliko su duhovne stvari značajnije od tjelesnih, nebeske od zemaljskih, a trajne i vječne od propadljivih i prolaznih, toliko izvanredan sjaj naših nagrada, koje smo obećali steći i za koje nam je zajam dan prošavši svijeta, nadmašuje novce i zemaljska bogatstva. Ako se u tim stvarima od smrtnika traži da polože račun s velikom odgovornošću i marljivošću,

⁵ *Sc. Djela apostolska.*

gentia in summa re hac ratio expetenda sit, qua districto examinanda iudicio, etiam documento euangelico didicimus, quo sub hominis peregre profitentis similitudine suamque substantiam seruis suis mutuo largientis, quia uni quinque talenta tradidit, [227u] alii uero duo, alii uero unum. Quam rigorosum examen sit datur intelligi quantaque esse diligentia debeat tam in ratiociniis expetendis quam etiam in reddendis, quoniam, et post multum temporis reddens, dominus seruorum illorum posuit rationem cum eis (*Mateus 25*).⁷⁷

[15] Fateor itaque, prestantissimi patres, quod ratione hac commotus et exemplo, qualiter triplicatum mihi creditum et mutuatum talentum exposuerim. Huius sacratissime urbis uox illa meis continue perstrepat in auribus, uidelicet *redde rationem uilicationis tue*.⁷⁸ Quod examen iudicii, etsi ut indignus et reus libens euitarem, tantum quia fuge locus adesse non potest, id mihi uidetur, ut subeam, est necesse. In quo tantum iudicio alterum mihi uideo inconueniens imminere, quoniam si ea que a me gesta sunt orationis naratione exponere uoluerim et mihi talenta mutuata etiam exemplo documentoque euangelico multiplicata ostendero. *Sepe mihi*, ut Demostenis elloquentissimi uerbis utar in oratione *Contra Eschinem, de me ipso dicam necesse est, quod*, ut idem ait, *conturbat uniuersos*; nam *hominibus cunctis natura inest ut crimina ac maledicta in alios audiant, eos uero qui se laudant permoleste ferant*.⁷⁹ Nam et hoc ad modestiam optimi uiri spectat, ut alterius laudes moderate dicere uellit, sed proprias nemo, si sapiat, ipse refert. Quapropter et illud uulgatum Catonis dictum est, *Nec te colaudes nec te culpaueris ipse*, et ceterum.⁸⁰ *Sed etsi, hoc cauens, que gesta*⁸¹ *sunt reticebo, nichil habere uideor*⁸² quo domino petenti rationem et creditori respondere queam nec quas ob res me fidelis serui honore et premiis dignor ostendere.⁸³ Conuincit igitur ratio ut redam rationem uilicationis mee, sed, quemadmodum id fiat, undique lapsus patet; uerumtamen minus fragosum insequentes iter et minus lubricitatis habens.

[16] Quantum a patria, quantum hac ab urbe felici, quantum a parentibus, quantum quoque ab amicis et consanguineis absens fuerim? Quam longe lateque peregrinatus sim? Quot nationes, quanta regna, prouintias quot lustrauerim?

⁷⁷ Matt. 25:14–30.

⁷⁸ Lk. 16:2.

⁷⁹ Dem., *Cor.* 3–4 (prev. Leonardo Bruni).

⁸⁰ *Disticha Catonis* 2.16 = *Minor Latin Poets*, sv. 2, *Florus, Hadrian, Nemesianus, Reposianus, Tiberianus, Dicta Catonis, Phoenix, Avianus, Rutilius Namatianus, Others*, Loeb Classical Library 434, J. Wight Duff, Arnold M. Duff (ur.) (Cambridge, MA: HUP, 1934), p. 606.

⁸¹ Corr. ex. »dicta«.

⁸² Corr. ex. »video«.

⁸³ Cf. Dem., *Cor.* 4: »Et si, hoc cauens, ea quae a me gesta sunt reticebo, nihil habere uideor quod accusatori respondere queam nec quas ob res me honore dignor ostendere.«

s kolikom se pak marljivošću račun treba zahtijevati u ovoj najvišoj stvari i koliko strogim sudom ga treba ispitati, poučeni smo i evanđeoskim svjedočanstvom: pod prividom čovjeka koji je odlazeći na put podijelio svoju imovinu svojim slugama i jednom pozajmio pet talenata, drugom dva, a trećem jedan. Može se vidjeti koliko je ispit strog i s kolikom se marljivošću računi trebaju tražiti i podnijeti po tome što je gospodar vrativši se nakon dugo vremena tražio da mu sluge polože račun (Ev. po Mateju 25).

[15] Priznajem, preuzvišeni oci, da sam potaknut tim primjerom, htio položiti trostruko od povjerenog mi zajma. Riječi ovoga presvetog grada neprestano mi odjekuju u ušima, naime, *položi račun svoga upravljanja*. Iako bih ga kao nedostojan dužnik rado izbjegao, ali jer nemam kojim putem pobjeći, čini mi se nužnim podvrći se ispitivanju suda. Na ovom mi sudu predstoji i druga neprilična stvar, iznesem li u ovom govoru sva svoja postignuća i pokažem li da sam, prema evanđeoskom svjedočanstvu i primjeru, uvećao pozajmljeni novac. Da se, naime, poslužim riječima krasnorječiva Demostena iz njegova govora *Protiv Eshina*, *Često je nužno da govorim o samome sebi, što pak svima smeta; naime, narav svih ljudi je takva da prijekore i uvrede na račun drugih rado slušaju, a ne podnose one koji hvale sami sebe*. Jer i u ovome se ogleda skromnost odlična muža što umjereno hvali drugoga, ali, ako je mudar, sâm sebe nitko. Općepoznata je i ona Katonova poslovice, *Ne hvali sam sebe, niti sam preuzimaj krivicu*, i tako dalje. *Ali budem li, pazeći da ne napravim taj prijestup, prešutio svoja postignuća, činit će se da ne mogu položiti račun gospodararu i zajmodavcu, niti se, kao vjeran sluga, pokazati dostojnim počasti i nagrada*. Nema, dakle, sumnje da trebam položiti račun za svoje upravljanje zajmom, ali kako to napraviti, osjetljivo je pitanje; ipak, nastaviti ću oprezno izbjegavajući sklizak teren.

[16] Koliko sam dugo bio daleko od domovine, koliko od ovoga sretnog grada, koliko od roditelja, prijatelja i rođaka?! Koliko sam lutao uzduž i popreko?! Kolike sam narode, kolika kraljevstva, i kolike sam pokrajine proputovao?!

Quantos nouos adierim populos? Quotiens maria etiam cum ultimarum penarum transiuerim periculis, quotiens flumina? Quot denique in itineribus sepe sustulerim pericula latronum? Vincit quotiens et captiuatus, quotiens rebus omnibus priuatus, nudus etiam quotiens dimisus? Quantis quoque uerberibus et iniuriis affectus sim? Quotiens uibratos et euaginosos enses ceruici et gutturi meo ab hostibus sustulerim appositos? Semel etiam nudus, retro ligatus manibus, corde appensus, tormenta sustuli! Quot denique in eisdem itineribus labores, quot erumpnas, quot calamitates, necessitates quot, ut etiam plerumque necessariis indiguerim? Quotiens defitientibus uiribus ex lasitudine cum Helia ad Dominum clamauerim, *Domine, tolle animam meam*?⁸⁴ Quotiens in fame et siti, quotiens in ieiuniis multis, quotiens in frigore et nuditate, quotiens etiam grauia pertulerim pericla \et dampna/ in falsis fratribus?⁸⁵ Quot denique et quantis infirmitatibus attritus? Quot denique timores, quot singultus hiis temporibus in Frantia uersis in seditionem ciuibus pertulerim? Quanta famis, guerrarum pestilentiarumque incomoda, quibus mea fortuna, illa sacratissima studiorum mater, magistra et domina, Parisiensis ciuitas hoc in tempore, quo ipsam incolui, affecta est, sustinuerim? Taceo ceteros innumeros labores, insomnes noctes, graues uigilias ceteraque quibus studio dediti affici sollent. Taceo, inquam, hec omnia et singula, in quibus scit Deus quod non mentior. Que, sicut *ille nouit, qui nichil ignorat*,⁸⁶ ut uestrum mihi creditum talentum digne et exponere et comutare augereque possem, libens et equo pertuli animo.

[17] Licet enim et ipsa secundum se sapientia [228r] honestatem habeat et incredibilem pulcritudinem, que sua ui mentes trahat mortalium et sua dignitate alitiat,⁸⁷ tantum et ipsa erga me uestra beniuolentia, uestra erga me pietas et uestra gratia multum et iuuaminis in re tam difficili attulit, et sub tanta honeris grauitate sepe animum defitientem uestrorum benefitorum meritorumque memoria subleuauit, torpentem excitauit, et frigescentem tepentemque et penne exstinctum et reuocauit et accendit. Et quoniam, ut noui, semper appetentes glorie preter ceteras gentes atque auidi laudis fuistis, ad id usque promoui animum super se et extendi, ut etiam insignia trium philosophorum scolasticum⁸⁸ exercitatissimis probatissimisque et preclarissimis uiris, diuinis potius quam humanis, debita (licet ipse indignus) tantum in augmentum glorie uestre et urbis appeterem, atque ea postmodum magnis cum laboribus gloriosissimo Pariseorum in studio

⁸⁴ 1 Regum 19:4.

⁸⁵ Cf. 2 Cor. 11:26.

⁸⁶ Innocentius III, »Epistula 88«, u: O. Hageneder, A. Haidenacher (ur.), *Regestorum domini Innocentii pape III. liber primus* (Graz, Köln: Böhlau, 1964), p. 127.

⁸⁷ Sic, pro »alliciat«.

⁸⁸ Sic, sed pro »scolasticorum«.

Do koliko sam brojnih novih naroda stigao?! Koliko sam puta mora i rijeke preplovio uz smrtnu opasnost?! Naposljetku, kolike sam napade razbojnika pretrpio na putovanjima?! Koliko sam puta bio zarobljen i svezan, koliko sam puta bio opljačkan do gole kože, koliko puta pušten na slobodu gol golcat?! Kolike sam udarce zadobio, kolike sam nepravde pretrpio?! Koliko puta su mi neprijatelji držali golu oštricu mača prislonjenu na vrat?! Jednom sam čak gol, ruku straga svezanih, obješen za prsa, izdržao mučenje! Naposljetku, kolike sam napore pretrpio na tim istim putovanjima, kolike muke, kolike nevolje, koju neimaštinu – takvu da sam uglavnom oskudijevao čak u nužnim životnim potrepsčinama?! Koliko sam puta ostao bez snage i klonuo zajedno s Ilijom uzvikivao Gospodinu, *Uzmi, Gospode, život moj!*?! Koliko sam puta bio gladan i žedan, koliko sam puta sam bio praznog želuca, koliko puta gol na hladnoći, koliko sam puta pretrpio teške opasnosti i povrede od lažne braće?! Koliko sam puta bio potpuno izmožden?! Kolike sam, naposljetku, strahove pretrpio i koliko sam puta ljuto plakao dok su u Francuskoj tada bjesnili građanski ratovi?! Kakvu sam glad, koliku sam nesreću uslijed ratova i pošasti pretrpio, kojima je moja sretna sudbina, ona slavna presveta majka sveučilišta, učiteljica i gospodarica, Pariz, bio pogođen dok sam ondje živio?! Prešutjet ću druge bezbrojne napore, besane noći, tegoban cjelonoćni rad, i ostalo što obično pogađa studente. Prešutjet ću, ponavljam, sve to, za koje Bog zna da ne lažem. Jer *On zna, kojemu ništa nije nepoznato*, pa zna da sam sve to rado i mirno podnio da bih mogao i dostojno potrošiti vaš zajam i pretvoriti ga u znanje i uvećati.

[17] Naime, iako je i mudrost sama po sebi čestita i iznimno lijepa, i svojom snagom i dostojanstvom privlači umove smrtnika, ipak su mi i vaša dobrostivost, vaša ljubav i vaša naklonost mnogo pomogli u toj teškoj stvari, i prisjećanje na vaša dobročinstva i zasluge hrabrilo mi je dušu nerijetko malaksalu od težine zadatka, obamrlog me bodrilo, te me ozeblog i gotovo mrtvog vraćalo u život i ponovno raspalilo. Jer znam da ste oduvijek težili za časti i hvalom većom od drugih naroda, toliko sam napregnuo svoje duševne sposobnosti u nastojanju da steknem akademska odlikovanja triju filozofa, koja priliče najobrazovanijim, najpriznatijim i presjajnim muževima, prije božanskima nego smrtnima (premda sam sâm bezvrijedan) i to samo kako bih uvećao čast vas i grada, i ta sam odlikovanja nakon mnogo uloženog truda i osvojio na preslavnom pariškom

fuerim asecutus. Quam minus digne, qualique honore et uestro et urbis uestre, qualiscumque sit de hiis oppinio, satis est.

[18] Nostre igitur uilicationis redituri rationem, nostras, quas comparauimus, merces silentio pretereuntes, precipue cum hoc unum et solum sit, quod maxime silentio patet, *sapientia enim hominis lucet in uultu eius (Eclesiastes 8)*.⁸⁹ Labores assumptos, honores et triumphos magistrales prosecutos, demum et quam plures et particulares honores, et priuatas utilitates promotionesque admisas – id omne, inquam, atque totum – *ego me uestre rei publice*, uestre glorie, uestre consolationis et utilitatis, si tantum quicquam ad hec afferre possim, *causa suscepisse confirmo*.⁹⁰ *Testorque* demum, ut uerbis utar Ciceronis, *et eos maxime, qui huic loco temploque president*, sanctos, *qui omnium mentes eorum, qui ad rem publicam adeunt, maxime perspitiunt, me hec neque ut gratiam mihi cuiusquam conciliari putem, neque quo mihi ex cuiusquam amplitudine aut presidia periculis aut adiumenta siue honoribus siue utilitatibus siue quibuscumque comodis queram terrenis suscepisse*,⁹¹ sed solum quo uestris possem parere mandatis uestrisque utcumque satisfacere uoluntatibus.

[19] In qua re pro quia, etsi non ad plenum, ut cupiebatis, asecuti estis uoluntatem, cum, ut uerum fatear, *neque errauerim neque deliquerim*,⁹² *mihi potius condolendum quam obiurgandum est*⁹³ in hac re, quoniam, ut uerbis utar eloquentissimi Demostenis in superius alegata oratione, *apud ceteros omnes uideo hec quodam modo definita et ordinata esse. Deliquit quis sua sponte uolensque, ira et pena aduersus ipsum; errauit quis inuitus, uenia pro pena aduersus ipsum; nec deliquit nec errauit, sed, cum utilitatem sequeretur, una cum omnibus assequi non potuit, nec rem, ut cupiebat, perficere, nec improprium est huic nec obiurgandum, sed condolendum*.⁹⁴ *Hec manifesta sunt nec legibus dumtaxat, uerum etiam natura ipsa non scriptis legibus, humanis moribus definiuit*.⁹⁵ Fateor itaque non culpa mea est, non error quod non adprime eruditus sum, quod non copiosissimas, ut spectabatis, merces attulerim, quoniam et in hoc partem sibi Galica bella ceteraque infortunia uendicarunt, partem uero cetera, de

⁸⁹ Eccles. 8:1.

⁹⁰ Cf. Cic., *Leg. Man.* 24.71: »id ego omne me rei publicae causa suscepisse confirmo.«

⁹¹ Cf. Cic., *Leg. Man.* 24.70: »testorque omnes deos, et eos maxime, qui huic loco temploque praesident, qui omnium mentes eorum, qui ad rem publicam adeunt, maxime perspicunt, me hoc neque rogatu facere cuiusquam, neque quo Cn. Pompei gratiam mihi per hanc causam conciliari putem, neque quo mihi ex cuiusquam amplitudine aut praesidia periculis aut adiumenta honoribus quaeram <...>«

⁹² Cf. Dem., *Cor.* 274: »Nec deliquit nec erravit <...>«

⁹³ Cf. Dem., *Cor.* 274: »nec improprium est huic nec obiurgandum, sed condolendum.«

⁹⁴ Dem., *Cor.* 274.

⁹⁵ Dem., *Cor.* 275.

sveučilištu. Ma kako nedovoljno dostojno, i uz kakvu počast po vas i vaš grad, i kakvo je mišljenje o tim odlikovanjima, dovoljno je.

[18] Polažući, dakle, račun svojeg upravljanja zajmom, šutke ćemo prijeći preko svoje zarade, i to osobito jer je ta jedna stvar očita i bez riječi, *mudrost*, naime, *čovjeka obasjava njegovo lice* (*Propovjednik* 8). *Tvrdim da sam sav uloženi trud, pobjedonosno postignuti stupanj magistra, naposljetku, premnogog, pojedine počasti, osobne povlastice i promaknuća, sve sam to, ponavljam, prihvatio radi vaše države i vaše časti, vama za utjehu i probitak, ako tome uopće i na koji način mogu doprinijeti. Da se poslužim Ciceronovim riječima, Kao svjedoke zovem sve svete, a ponajviše one koji predsjedaju ovim mjestom i hramom, koji vide umove svih koji vode državne poslove, da se ja toga nisam prihvatio jer mislim da bih time stekao nečiju naklonost, niti kako bih si nečijim utjecajem pribavio zaštitu od opasnosti, ili pomoć u zadobivanju službi, stjecanju povlastica ili zemaljskih nagrada, nego samo zato da izvršim vaše naloge i udovoljim vašim željama.*

[19] Ako u tome i nisam u potpunosti ispunio vaše htijenje i želju, budući da – a kazujem vam istinu – *nisam počinio ni grešku niti prijestup, treba mi pokazati suosjećanje a ne me koriti*, budući da, kako krasnorječiti Demosten u gorenavedenom govoru kaže, *kod svih drugih ljudi vidim da je ovo na određen način uređeno. Ako čovjek počini neki prijestup svojim voljom, izlaže ga se srdžbi i kazni; zgriješi li netko protiv svoje volje, daje mu se oprost umjesto kazne; ako pak čovjek ne počini ni neki prijestup niti grešku, nego je u nastojanju da postigne neku korisnu stvar podbacio kao i ostali i nije ju uspio ostvariti kako je priželjkivao, tog čovjeka ne valja grditi ni koriti, već mu pokazati sućut. Ta načela nisu jasno propisana samo zakonima, nego ih je i sama priroda takvima odredila i nepisanim zakonima, ljudskim moralnim zasadama.* Izjavljujem, dakle, da nije moja krivica ni greška što nisam izvanredno naobražen, što nisam donio onoliko bogatu zaradu koliko ste očekivali, budući da su i u tome dijelom ratovi u Francuskoj i ostale nesretne okolnosti, a dijelom ostale

quibus actum est, calamitates, maximam uero ipsa proprii imbecilitas ingenii, que etiam maxime studiis et diligentis [228u] plerumque plene impedimentum afferre solet eruditionis, maxime in illis qui nec per se nec per alios possunt effici meliores, quos ad uerum bonumque cognoscendum Homerus maximus omnino reputat inutiles.⁹⁶ Verumtamen quia id quod sum, licet parum et modicum, ymo nichil sim, Dei gratia et uestri me esse indubie recognosco, uestram facturam creaturamque proclamo. Idcircho dicta locum apologie teneant, et tantorum ac erga me immensorum benefitorum nequaquam immemores, iam gratiarum actioni potius quam excusationi uacandum est, quam et ob causam me hunc presentem actum memini principaliter asumpsisse.

[20] *Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium est, ut inquit Tullius in De offitiis libro <...>*⁹⁷ hinc et Seneca tertio *De beneficiis, nichil tam necessarium aut cum maiori cura peragendum*.⁹⁸ Quod et inter potissima illius eterne semperque mansure uite Ysayas enumerat uates, *gaudium, inquirens, et letitia inuenietur in ea, gratiarum actio et uox laudis*.⁹⁹ Ad quam etiam et in presenti exercendam incesanter et liberaliter peragendam in omnibus et erga omnes nos sacer hortatur Apostolus (*Prima ad Thesalonicenses, ultimo*), *in omnibus gratias agite*,¹⁰⁰ et hoc quidem primo ratione debiti. Quia ut Doctor (*Summa theologiae, secunda pars secundae partis, quaestione 106.*) ait, *omnis effectus ad suam naturaliter conuertitur causam*.¹⁰¹ Sic et diuinus inquit Dyonisius primo capitulo *De diuinis nominibus* quod *Deus omnia in se conuertit tamquam omnium causa*,¹⁰² *semper enim oportet effectum ad finem ordinari agentis. Palam autem est quod, in quantum huius, benefactor est beneficiati causa. Ideoque naturalis ordo exigit et requirit, ut is, qui beneficium suscipit, per recompensationem gratiarum ad suum benefactorem conuertatur secundum utriusque modum*.¹⁰³

⁹⁶ Cf. Arist., *Eth. Nic.* 1.4.1095b9–12 = *Aristoteles Latinus, Ethica Nicomachea*, sv. 26, fasc. 3, Renatus A. Gauthier (ur.), p. 144; Hes. *Op.* 293–7.

⁹⁷ Cic., *Off.* 1.15.47.

⁹⁸ *Manipulus florum*, s.v. *Gratitudo sive gratiam actio*, q/n. 18; cf. Sen., *Ben.* 4.1.1: »Ex omnibus, quae tractauimus, Aebuti Liberalis, potest uideri nihil tam necessarium aut magis, ut ait Sallustius, cum cura dicendum <...>«

⁹⁹ Isa. 51:3.

¹⁰⁰ 1 Thess. 5:18.

¹⁰¹ Aquinas, *ST II-II*, Q. 106, Art. 3.

¹⁰² Aquinas, *ST II-II*, Q. 106, Art. 3; cf. Ps.-Dion. *Div. nom.* 1 = *PL*, sv. 122, col. 1118A–B: »et ab ea, ut causa, ut principio, ut fine dependentia, et ipsa secundum eloquium sit omnia in omnibus, et vere laudatur omnium substantia inchoativa et consummativa, et continens custos, et pascens, at ad seipsam convertens, et haec adunans immensurabiliter et excelsae.«

¹⁰³ Aquinas, *ST II-II*, Q. 106, Art. 3.

spomenute nevolje uzele svoj danak; no to je najvećim dijelom zbog slabih vlastitih sposobnosti, a one, unatoč vrlo marljivom radu, obično predstavljaju veliku prepreku u obrazovanju, i to ponajviše onima koji se ne mogu poboljšati ni sami niti uz pomoć drugih, a čije nastojanje da spoznaju ono istinito i dobro najveći Homer smatra posve jalovim. Ipak, bez oklijevanja ponovno priznajem i javno izjavljujem da to što jesam, pa makar i neznan, štoviše ništavan, vaše sam djelo i postignuće uz Božju i vašu milost. Stoga neka te riječi služe kao isprika, a da se vaša nebrojena i velika dobročinstva iskazana meni nipošto ne zaborave, sad je trenutak za zahvalu radije nego za ispriku; podsjećam vas, poglavito sam se radi toga i primio ovog zadatka.

[20] *Naime, niti jedna dužnost nije važnija od iskazivanja zahvale*, kaže Ciceron u <prvoj> knjizi djela *O dužnostima*; na tom tragu kaže i Seneka u trećoj knjizi djela *O dobročinstvima* da *ništa nije toliko važno i ništa se ne treba napraviti s tolikom pažnjom* kao iskazati zahvale. A to i prorok Izaija ubraja među najbitnije stvari onog vječnog i neprolaznog života, *Klicanje i radost njim će odjekivat', i zahvalnice i glas hvalospjeva*. I sveti nas Apostol potiče da i u sadašnjem životu neprestano i što širokogrudnije pokazujemo zahvalnost u svemu i prema svima (*Prva poslanica Solunjanima*, posljednje poglavlje), *U svemu se zahvaljujte!*, i to, kao prvo, da tako vratimo dug. Naučitelj naime kaže (u 106. pitanju drugoga dijela drugoga dijela *Teološke sume*), *svaka se posljedica prirodno vraća svome uzroku*. Tako i božanski Dionizije kaže u prvom poglavlju svoga djela *O božanskim imenima* da *Bog sve vraća k sebi jer je on uzrok svega: naime, posljedica je uvijek nužno upravljena prema pokretaču kao cilju. Jasno je da je dobročinitelj, kao takav, uzrok dobročinstva, pa prirodni poredak zahtijeva da se onaj tko je primio dobročinstvo vrati svome dobročinitelju odužujući mu se za njegove usluge sukladno načinu i jednog i drugog*.

[21] Sed et hoc exigit honestatis uirtus et requirit: est enim inter ceteras honestatis preclarissima uirtus, que benefactoribus ex solo honestatis debito gratiam recompensat. Sicut et Philosophus inquit quinto *Ethicorum* quod unusquisque tenetur ex quodam debito honestatis »recompensare ei qui gratiam fecit«. ¹⁰⁴ Sic et Seneca inquit, *Gratus sum, non ut alius mihi libentius prestat priori irretitus exemplo, sed ut rem iocundissimam honestissimamque fatiam*. ¹⁰⁵ Quapropter subdit ibidem, *Credamus itaque nil esse grato animo honestius. Omnes hec urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt*. ¹⁰⁶ *In omni iuditorum diuersitate referendam benemerentibus gratiam omnes uno ore affirmabunt: in hiis discors turba consentiet*. ¹⁰⁷

[22] Tertio, quoque ratione custodie et ut continuetur benefitorum effluxus. *Optima namque benefitorum custos est ipsa memoria benefitorum et perpetua confesio gratiarum*, ut Crisostomus ait super *Mateum*. ¹⁰⁸ *Iugiterque sibi subuenire facit, cui colatum beneficitium ante oculos semper assistit*, Casiodorus super illud psalmi *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est*. ¹⁰⁹ *Prestita quidem dona numerantur ut ad beneficia consueta animus boni iudicis inuitetur*. ¹¹⁰ At uero e contrario, *ingratitude est inimica anime, exinanitio meritorum, uirtutum dispersio, benefitorum perditio, uentus urens, siccans fontem pietatis, rorem misericordie, fluenta gratie*, Bernardus super *Cantica canticorum*. ¹¹¹ *Quapropter et nichil est quod adeo indignationem prouocet Altissimi sicut ingratitude: ipsa*

¹⁰⁴ Cf. Aquinas, *ST II-II*, Q. 78, Art. 2: »Praeterea, unusquisque tenetur ex quodam debito honestatis aliquid recompensare ei qui sibi gratiam fecit, ut dicitur in V *Ethic.*« Arist., *Eth. Nic.* 5.5.1133a4–5 = *Aristoteles Latinus, Ethica Nicomachea*, sv. 26, fasc. 3, Renatus A. Gauthier (ur.), p. 236.

¹⁰⁵ *Manipulus florum*, s.v. *Gratitudo*, ab/n. 26 = Sec., *Ep.* 10.81.20.

¹⁰⁶ *Manipulus florum*, s. v. *Gratitudo*, ac/n. 27; cf. Sen., *Ep.* 10.81.30: »Sed quemadmodum illa credidimus, sic et hoc eidem populo credamus, nihil esse grato animo honestius. Omnes hoc urbes, omnes etiam ex barbaris regionibus gentes conclamabunt.«

¹⁰⁷ *Manipulus florum*, s. v. *Gratitudo*, ac/n. 27 = Sen., *Ep.* 10.81.31.

¹⁰⁸ *Manipulus florum*, s.v. *Gratitudo*, f/n. 7 = Chrys., *Hom. 25 in Math.* (fons nondum repertus).

¹⁰⁹ *Manipulus florum*, s. v. *Gratitudo*, h/n. 9 = Cass. *Exp. in ps.* 25.3 = Aurelius Cassiodorus, *Expositio psalmodum I–LXX*, Corpus Christianorum, Series Latina, sv. 97, Marc Adriaen (ur.) (Leiden: Brepols, 1958), p. 231.

¹¹⁰ *Manipulus florum*, s. v. *Gratitudo*, i/n. 10 = Cass., *Exp. in ps.* 73.2 = Aurelius Cassiodorus, *Expositio psalmodum LXXI–CL*, Corpus Christianorum, Series Latina, sv. 98, Marc Adriaen (ur.) (Leiden: Brepols, 1958), p. 673.

¹¹¹ *Manipulus florum*, s. v. *Ingratitudo*, b/n. 3 = Bern. Claraev., *Ser. super CC 51.6* = Bernardus Claraevallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, sv. 2, 36–86, Jean Leclercq, C. H. Talbot, H. M. Rochais (ur.) (Rim: Editiones cistercienses, 1958), p. 87.

[21] No to zahtijeva i vrlina čestitosti: naime, vrlina čestitosti ističe se svojim značajem među svim ostalim vrlinama, jer nas obvezuje da se dobročiniteljima odužimo za uslugu iz samog osjećaja za čestitost. Tako i Filozof kaže u petoj knjizi *Etike* da je svaki čovjek obvezan osjećajem čestitosti »odužiti se onome tko nam je učinio uslugu«. Tako kaže i Seneka, *Zahvalan sam, ne da bi mi drugi čovjek, obvezan mojim ranijim primjerom, spremnije priskočio u pomoć, nego da napravim vrlo ugodnu i časnu stvar*. Pa niže dodaje, *Pa vjerujemo, dakle, da ništa nije časnije od zahvalnoga srca. Svi će gradovi, svi će narodi, pa čak i barbarski, uzvikivati te riječi. Svi će oni, unatoč različitim stavovima, jednoglasno potvrditi da se dobročiniteljima treba zahvaliti: u tome će se složiti i nesložna skupina*.

[22] Pod tri, treba se odužiti zahvalom i radi očuvanja dobročinstava te da nastave pritjecati. Naime, najbolji način za osigurati dobročinstva jest prisjećanje prošlih i stalno iskazivanje zahvalnosti, kaže Zlatousti u homiliji o *Matejevu evanđelju*. Kasiodor u tumačenju onoga slavnog psalma *Jer je milosrđe tvoje pred očima mojim* kaže da *onaj kome je udijeljeno dobročinstvo stalno pred očima čini da mu pomoć uvijek stiže: redom navodite udijeljene darove, da dušu dobroga suca potaknete na uobičajena dobročinstva*. A s druge strane, *nezahvalnost je neprijateljica duše, njome se poništavaju zasluge, upropaštavaju vrline, uništavaju dobročinstva; nezahvalnost je šibajući vjetar koji isušuje izvor pobožnosti, rosu milosrđa, potoke milosti*, kaže Bernard u propovijedi o *Pjesmi nad pjesmama*. *Stoga ništa ne izaziva takvu srdžbu Najvišega kao nezahvalnost:*

*est malorum prouocatio, benefitorum exinanitio, meritorum exterminatio, ut inquit Petrus Ra(uennas) in quadam epistula.*¹¹²

[23] Quarto, insuper uirtus gratitudinis facit ut beneficia augeantur. *Inuitat siquidem ad magna qui gratanter suscipit modica, et spem de futuris recipit qui transacta beneficia recognoscit, nec desperatione frangitur qui magnorum munerum consolatione roboratur,*¹¹³ ut Casiodorus ait. Atque *meliora meritorum suscipere qui colata bona de corde non probatur ammittere.*¹¹⁴ *Gratiarumque [229r] cesat decursus ubi recursus non fuerit, nec modo nichil augetur ingrato, sed quod acceperit utitur ei in pernitium. Fidelis autem in modico et gratus censeatur dignus munere ampliori,* Bernardus.¹¹⁵ Quid plura hiis itaque et aliis quampluribus et rationibus doctorum et sanctorum auctoritatibus?

[24] Vestris michi, gloriosissimi patres, immensis diuinisque datis et gratis oblati beneficiis inducor, non quales debeo, sed tantas et quantas ualeo, ut referam¹¹⁶ gratiarum actiones. *Licet enim, ut dicit Aristoteles in quinto Ethicorum, refamulari oporteat ei qui gratiam fecit, et rursus ipsum incipere.*¹¹⁷ *Quod fit, ut Doctor sanctus ait, dum aliquid maius retribuitur.*¹¹⁸ Huic tantum uestre erga me liberalitati, huic benefitentiae, huic uestre diuine potius quam humane uirtuti non amplior, sed nec par quidem aut reperiri aut inueniri potuit. Quis enim huius uestre liberalitatis celestem spiritum, hanc *munificentiam deorum benignitati equandam,*¹¹⁹ hanc amplissimam spetiosissimamque uirtutem ullis dignis laudibus prosequetur? Sed, ut in aperto manifestior fiat, ex affectu animique liberalitate, ex amplitudine doni, ex continuitate fluxus, ex temporis opportunitate, et ex finis ratione uestrorum, prestantissimi gloriosissimique patres, erga me benefitorum splendor et excelentia illucescit.

¹¹² *Manipulus florum*, s. v. *Ingratitudo*, g/n. 8 = Petr. Bles., *Ep.* 66 = PL 207, col. 196A–B.

¹¹³ *Manipulus florum*, s. v. *Gratitudo*, o/n. 15; cf. Cass. *Var.* 8.11.1 = Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII*, Corpus Christianorum, Series Latina, sv. 96, A. J. Fridh (ur.) (Leiden: Brepols, 1973), p. 312: »Omnibus quidem utile est iudicia principum sequi, sed ipse facit propria, qui gratanter susceperit aliena.«; cf. Greg. *Mor. in Iob* 26.20 = Gregorius Magnus, *Moralia in Iob, libri XXIII – XXXV*, Corpus Christianorum, Series Latina, sv. 143B, Marc Adriaen (ur.) (Leiden: Brepols, 1985), pp. 1292–3: »Haec ergo in semetipsa cuncta recolligens, dum bona accepta considerat, aduersa quae tolerat non accusat; nec desperatione frangitur, quae tantorum munerum consolatione roboratur; quia spem de futuris recipit, dum transacta beneficia recognoscit.«

¹¹⁴ *Manipulus florum*, s. v. *Gratitudo*, k/n. 11 = Cass., *Exp. in ps.* 76.12 = Cassiodorus, *Expositio psalmorum LXXI – CL*, Marc Adriaen (ur.), p. 703.

¹¹⁵ *Manipulus florum*, s. v. *Ingratitudo*, c/n. 4 = Bern. Claraev., *In capite jejunii sermo* 1.4 = Bernardus Claraevallensis, *Sermones in quadragesima*, Jean Leclercq, C. H. Talbot, H. M. Rochais (ur.) (Rim: Editiones cistercienses, 1966), p. 356.

¹¹⁶ Sic, sed pro »referam«.

¹¹⁷ Arist., *Eth. Nic.* 5.5.1133a5–7 = *Aristoteles Latinus, Ethica Nicomachea*, sv. 26, fasc. 3, Renatus A. Gauthier (ur.), p. 236.

¹¹⁸ Aquinas, *ST II-II*, Q. 106, Art. 6.

¹¹⁹ Val. Max. 5.1.1a.

ona doziva zla, poništava dobročinstva, zatire zasluge, kaže Petar Ravenjanin u nekom pismu.

[23] Pod četiri, vrlina zahvalnosti štoviše čini da se dobročinstva povećavaju. *Tko sa zahvalnošću prihvaća skromna dobročinstva daje pobudu za velika, i tko odaje priznanje za učinjena dobročinstva može polagati nadu u buduća, i ne očajava onaj kome utjehu pruža nada u velike darove*, kaže Kasiodor; još kaže, *zaslužuje primiti i bolje stvari, onaj tko darovana dobra prihvaća srcem. Gdje zauzvrat nije bilo zahvalnosti za dobročinstva, ona prestaju pritjecati, i ne samo da se nezahvalniku ništa ne umnožava, nego i to što je primio djeluje na njegovu štetu; no vjernik zahvalan i za skromne usluge smatra se dostojnim i većeg dara*, kaže Bernard. Što reći više od tih i drugih brojnih autoritativnih dokaza svetih naučitelja?

[24] Preslavni oci, potaknut sam vašim nemjerljivim i božanskim darovima i vašim dobročinstvima, koja ste mi učinili ne očekujući ništa zauzvrat, da vam iskažem zahvalnost, ali ne kakvu sam vam dužan, već kakvu mogu. Aristotel u petoj knjizi *Etike* kaže da se *trebamo odužiti onome tko nam je učinio uslugu, tako što ćemo mu uzvratiti uslugom. A to treba napraviti*, kaže sveti Naučitelj, *tako da se uzvrat dobročinstvom većim od onog koje smo primili*. No, veće se dobročinstvo, ili barem jednako vašoj darežljivosti, vašem dobrotvorstvu, vašoj vrlini, više božanskoj nego ljudskoj, ne može pronaći. Tà tko bi mogao dostojnim pohvalama odati počast uzvišenom duhu vaše darežljivosti, *vašoj velikodušnosti koju valja izjednačiti dobrotivosti bogova*, vašoj prevelikoj i prekrasnoj vrlini? Nego, da bude još jasnije: po darežljivosti vaše duše, po veličini dara, po stalnom priljevu vaših darova, po prikladnosti trenutka i po njihovoj svrsi, vaša dobročinstva iskazana meni, preuzvišeni i preslavni oci, sjaje posebnim sjajem.

[25] Multum quippe ymo permaximum, patres conscripti, in benefitii ratione philosophorum et sapientum dogma censuit attendendum liberalitatem animi, non census magnitudinem. *Multum* namque *interest*, ut inquit Seneca, *inter materiam benefitii et benefitium. Itaque nec aurum nec argentum nec quicquam eorum, que a proximis recipiuntur, benefitium est, sed ipsa tribuentis uoluntas. Imperiti autem solum quod traditur benefitium uocant.*¹²⁰ Igitur magnitudo benefitii non secundum doni aut dati quantitatem, sed liberalitatem animi aut uoluntatis magnitudinem pensanda est. Liberalitas autem a libertate dicta quasi libera, suimet, et non alterius existens causa, animum in donorum distributione liberum facit, *ut nullius spe retributionis liberas fatiat largitiones*, ut Augustinus ait.¹²¹ *In benefitio ergo conferendo plus animus quam census operatur: magis preponderat beniuolentia quam posibilitas reddendi muneris*, ut inquit Cassiodorus.¹²² Vnde, *cum omnis actus moralis uirtutis dependeat ex uoluntate*, ut Aristoteles docet in octauo *Ethicorum*,¹²³ *benefitium, secundum quod laudabile est, prout ei etiam gratie recompensatio debetur, materialiter quidem consistit in effectu, sed formaliter et principaliter in uoluntate*, ut inquit Doctor sanctus.¹²⁴ Propter quod Seneca in primo *De benefitiis* ait quod *benefitium non in eo quod fit aut datur consistit, sed in ipso dantis aut fatientis animo.*¹²⁵ Propter quod fit ut *non numquam nos magis obligat qui dedit parua magnifice, qui »regum opes equauit animo«, qui licet exiguum tribuit sed libenter quam qui magnum tribuit,*¹²⁶ et ceterum.

[26] Licet autem secundum se datum benefitii non constituat rationem, sed in eo locum materie teneat et uo[]tas forme, ut dictum est, tantum quia etiam illius existit uestigium et signum gerit dicente Seneca in primo *De benefitiis, Imperatoris corona et uestis et currus, nichil horum honor est, sed honoris insigne. Sic nec est benefitium quod sub oculis uenit, sed uestigium benefitii.*¹²⁷

¹²⁰ *Manipulus florum*, s. v. *Beneficiencia sive beneficium*, af/n. 35; cf. Sen., *Ben.* 1.5.2.

¹²¹ *Manipulus florum*, s. v. *Liberalitas*, a/n. 1 = August., *De diffic.* (fons nondum repertus).

¹²² *Manipulus florum*, s. v. *Beneficiencia sive beneficium*, d/n. 6 = Ambr., *De off.* 1.32.166 = Ambrosius, *De officiis ministrorum*, Corpus Christianorum, Series Latina, sv. 15, Maurice Testard (ur.) (Leiden: Brepols, 2001), p. 61.

¹²³ Cf. Aquinas, *ST II-II*, Q. 106, Art. 5.

¹²⁴ Aquinas, *ST II-II*, Q. 106, Art. 5.

¹²⁵ Sen., *Ben.* 1.6.2; cf. Aquinas, *ST II-II*, Q. 106, Art. 5.

¹²⁶ *Manipulus florum*, s. v. *Liberalitas*, ac/n. 28 = Sen., *Ben.* 1.7.1; cf. Verg., *G.* 4.132: »regum aequabat opes animis«.

¹²⁷ *Manipulus florum*, s.v. *Beneficiencia sive beneficium*, af/n. 35; cf. Sen., *Ben.* 1.5.6: »Imperator aliquem torquibus, murali et civica donat. Quid habet per se corona pretiosum? Quid praetexta? Quid fasces? Quid tribunal et currus? Nihil horum honor est, sed honoris insigne. Sic non est beneficium id, quod sub oculos uenit, sed beneficii uestigium et nota.«

[25] No, upisani oci, filozofi i mudri ljudi su u svojim zasadama o dobročinstvu mnogo veću važnost, dapače najveću, pridavali darežljivosti duše, a ne veličini imetka. Seneka kaže, *Velika je razlika između predmeta dobročinstva i samoga dobročinstva. Niti zlato, niti srebro, niti išta što primamo od bližnjih nije dobročinstvo, već je to sama dobra volja da se ono udijeli. No, neuki nazivaju dobročinstvom samo predmet darivanja.* Dakle, veličina dobročinstva ne mjeri se prema veličini dara nego prema darežljivosti duše i dobroj volji da se ono učini. Darežljivost pak dolazi od riječi »sloboda«, kao da je slobodna, jer postoji radi same sebe, a ne radi nečeg drugog, jer darivanjem čini dušu slobodnom, *tako da čovjek slobodno daruje bez da očekuje išta zauzvrat*, kako kaže Augustin. *U činjenju dobročinstva, dakle, više vrijedi duševna sklonost nego imetak: veću težinu ima dobrohotnost nego mogućnost da se dar uzvrat*, kako kaže Kasiodor. *Budući da svaki moralni čin vrline ovisi o volji*, kako nas poučava Aristotel u osmoj knjizi *Etike, dobročinstvo, utoliko što je vrijedno hvale i zauzvrat zaslužuje zahvalnost, materijalno se sastoji od učinjenog djela, no formalno i osobito se sastoji od volje*, kako kaže sveti Naučitelj. Stoga Seneka u prvoj knjizi djela *O dobročinstvima* kaže da *se dobročinstvo ne sastoji u tome što se čini ili daruje, nego u duševnoj sklonosti onoga koji daruje ili čini dobročinstvo.* Odatle slijedi da *nas nerijetko više obvezuje onaj tko nam velikodušno daruje malo, koji je »srcem izjednačio bogatstvo kraljeva«, koji nam rado daje neznatan dar nego onaj koji nam daje velike darove, i tako dalje.*

[26] Premda dar sam po sebi ne čini dobročinstvo dobročinstvom, nego predstavlja materiju i formu dobročinstva, kao što je rečeno, jer služi kao trag i znak dobročinstva, kao što kaže Seneka u prvoj knjizi djela *O dobročinstvima, Vijenac, odijelo, trijumfalna kola vojnoga zapovijednika – ništa od toga nije čast, već znak časti. Tako dobročinstvo nije ono što očima vidimo, već trag dobročinstva.*

Ideo ac per hoc sicut, *Gratiam principis uoluntas nuda non aserit, sic nec beneficium dici potest quod nulla utilitate sentitur*, ut Casiodorus ait.¹²⁸ Et quia per uestigium in eius, cuius est, itur cognitionem, hinc est quod quantitas doni, quanto animo colata sint beneficia, manifestat. Propter quod Casiodorus ait, *Decet munificentiam regis cottidie cum sole relucere et iugiter aliquid facere quo possit largitas principis apparere*.¹²⁹

[27] In beneficiis quoque etiam ulterius tempus attenditur quia *tempore beneficia magna sunt: est enim beneficium panis unius in fame, beneficium est arentibus siti monstrare fontem*,¹³⁰ et quicquid aliud. *Melius enim aut minus fit, quamuis idem sit, quod fit loco, tempore, causa*,¹³¹ quia *momentis quedam grata et ingrata sunt*,¹³² inquit Seneca. Vnde et Valerius libro quarto *De liberalitate*, *Dono autem ipsi gratiam et magnitudo quidem [229u] sua, sed efficacitorem aliquando opportunitas conciliat: accedit enim pretio rei inextimabile momentum occasionis*.¹³³ In quibus et asiduitas magnam partem uirtutis facit quia *nichil prodest benefacere didicisse, si cesses benefacere*, ut inquit Seneca in *Prouerbiis*.¹³⁴

[28] Sed inter cetera claram hanc uirtutem reddit ratio finis, quoniam multum quippe interest utrum quis beneficium nobis det sua causa, an sua et nostra, et siquidem nostra, an solum propter nostrum uel etiam et rei publice comodum, et siquidem sic, utrum temporaliter tantum uel etiam ut simul et spiritualiter proficiamus. Quod genus beneficii sicut et optimum sic et diuinissimum comprobatur.

[29] Ex hiis itaque, magnifici domini prestantissimique patres, conditionibus, hiis, inquam, rationibus uestra erga me immensa ac diuina et celestia beneficia redduntur clarissima omnique in orbe toto laude dignissima. Quanta namque promptitudine animi, quanta liberalitate mentis, quanta uoluntate, quam libero arbitrio, quam sincero amore et affectu paterna profecto uiscera uberaque materna et pietatis erga me aperturis¹³⁵ sinum. Pulcra sane etenim deuotione predicanda et ubique semperque et instanter recolenda, *nulla dilatione suspensa*,

¹²⁸ *Manipulus florum*, s. v. *Beneficiencia sive beneficium*, e/n. 7; cf. Cass., *Var.* 2.28.4 = Cassiodorus, *Variarum libri XII*, A. J. Fridh (ur.), p. 77: »gratiam principis dignitas nuda non aserit nec beneficium dici potest quod nulla utilitate sentitur.«

¹²⁹ Cass., *Var.* 8.23.1 = Cassiodorus, *Variarum libri XII*, A. J. Fridh (ur.), p. 329.

¹³⁰ *Manipulus florum*, s.v. *Beneficiencia sive beneficium*, ah/n. 37; cf. Sen., *Ben.* 3.8.3.

¹³¹ *Manipulus florum*, s. v. *Beneficiencia sive beneficium*, ah/n. 37; cf. Sen., *Ep.* 10.81.14.

¹³² *Manipulus florum*, s.v. *Beneficiencia sive beneficium*, x/ n. 28 = Sen., *Ben.* 1.12.3.

¹³³ Val. Max. 4.8. *init.*-1.

¹³⁴ *Manipulus florum*, s. v. *Beneficiencia sive beneficium*, au/n. 49 = *Publilii Syri sententiae*, Bibliotheca Teubneriana, Eduard von Woefflin (ur.) (Leipzig: Teubner, 1869), p. 128.

¹³⁵ Sic, sed forsitan pro »aperuistis«.

Prema tome, kao što *sâma služba ne obvezuje vladara na zahvalnost, tako se niti dobroćinstvom ne može nazvati ono što ne donosi korist*, kaže Kasiodor. A jer se putem traga dolazi do znanja o onome čega je to trag, odatle slijedi da veličina dara pokazuje s kakvom su dispozicijom duše učinjena dobroćinstva. Stoga Kasiodor kaže da *priliči da je velikodušnost kraljeva svakodnevno objašana sunčevim svjetlom, i priliči da se neprestalno čini sve što omogućuje da se darežljivost vladara jasno vidi*.

[27] U dobroćinstvima se, nadalje, i vrijeme uzima u obzir, jer *neka dobroćinstva postaju velika zbog trenutka: dobroćinstvo je naime komad kruha u gladi, i dobroćinstvo je pokazati izvor vode presahnulima od žeđi*, i tako dalje. Naime, jedna te ista stvar postaje više ili manje vrijedna s obzirom na mjesto, vrijeme, i uzrok, jer su neka dobroćinstva draga ili nedraga s obzirom na trenutak, kako kaže Seneka. I Valerije u četvrtoj knjizi, u *O darežljivosti*, kaže da *veličina dara izaziva zahvalnost za njega, no prikladan trenutak čini zahvalnost učinkovitijom: naime, neprocjenjiva moć pravog trenutka pridružuje se vrijednosti predmeta*. Postojano pružanje dobroćinstava čini velik dio vrline, jer *nema koristi od toga da si naučio činiti dobro, ako si prestao činiti dobro*, kaže Seneka.

[28] Između ostalog, i svrha čini ovu vrlinu sjajnom, jer je velika razlika u tome čini li nam netko dobroćinstvo radi sebe samoga, ili radi sebe samoga i radi nas, te ako radi nas, je li samo u našu korist ili i u korist države, pa ako i u korist države, je li samo za naš materijalni probitak ili istovremeno i za duhovni probitak. Potonja vrsta dobroćinstva dokazano je najbolja i najbožanskija.

[29] Sudeći po tim uvjetima, veličanstvena gospodo i preuzvišeni oci, ponavljam, prema tim odredbama, vaša nemjerljiva, božanska i nebeska dobroćinstva najsajjnija su i najdostojnija pohvale na čitavoj kugli zemaljskoj. Naime, kojom spremnošću duše, kolikom darežljivosti, kolikom voljom, i to posve slobodnom, kako iskrenom ljubavi i naklonosti ste mi otvorili svoja očinska i majčinska njedra i krilo pobožnosti. Ta vaša dobroćinstva, koja ste mi svojevrijedno, s lakoćom i velikodušno pružili, *ne časeći časa*,

*nullis precibus redempta, nullis meritis comparata,*¹³⁶ sed sponte libera, facile magnificeque oblata beneficia luce clarius exprimunt et declarant, *Gratissima enim sunt beneficia parata, facilia, occurrentia, ubi nulla mora fuit nisi in accipientis uerecundia,* ut ait Seneca.¹³⁷ Quam magna eadem denique, quam grandia, quam excelsa, quam longe lateque exstensa quamque difusa gloriose! Profecto sepe cum mente recolo, cum ante oculos mentis \cordis/ pono, nil erga me inuenio quod maius, quod melius, quod uberius fructuosiusque atque preclarius uestri ex parte aut fieri aut esse potuit. Grati enim animi ac honesti non quantitatem autem muneris, que in me tantum exstitit amplissima, est pensare, sed quid exinde secutum, quid acquisitum, quid denique comparatum, quid acceptum sit. Fateor itaque omne id atque totum quicquid in me est, quicquid honoris, quicquid dignitatis, quicquid gradus aut uirtutis, si tantum aliquid sit, et non potius inesse uideatur, quo tantum hac in uita mortali et caduca, existimatione mea, nil optabilius, nil desiderabilius nilque mihi dignius aut euenire aut contingere potest, me a uobis, patres conscripti et magnifici domini, et per uos recepissee, in uestro beneficio euenisse, uestri beniuolentia et gratia contigisse.

[30] Addit denique hiis uestris beneficiis multo claritatem ampliorem ipsius opportunitas temporis et subueniendi necessitas cum benefatiendi continuitate asidua, dum me in primaria iuuenibus etate consistentem nec me ad opus studii prosequendum ex me aut per me siue meos sufficientem, continuo ipsorum efluxu gratissime uestris beneficiis promouistis, principium prestantes et medium, et usque ad perfectum finem et statum hunc et gradum, quem cernitis, deducetes, quodque summe gratissimum, nullius spe retributionis temporalis lucri, nulla proprii gratia comodi, non ut opes, non ut diuitias temporales, non ut carnales uoluptates aut mundi huius facultates ceteras, siue quodcumque aliud superuacuum et inane, sed ut studiis litterarum deditus quicquid ad proprii subiecti felicitatem, quicquid ad diuinos honores, quicquid ad rei publice utilitatem in spiritualibus maxime spectaret conquirerem accumularemque summa cum diligentia.

[31] In hoc gloriosissime antiquissimos, aput quos omnis incepit et ortum habuit philosophia, Egiptios, sapientissimos Grecos, inter quos profecit et usque ad sumum ducta est sapientia, demum gloriosissimos triumphatores orbis, Romanos, apud quos progressa nichil sapientia preclarius habebatur, et ad extremum religiosissimos Galicos ac Franchorum christianissimos reges, aput quos usque in presens totius sapientie culmen et gloria perseuerat, [230r] ceterarumque gen-

¹³⁶ Cf. *Manipulus florum*, s.v. *Beneficiencia sive beneficium*, at/n. 48 = Arnulfus Lexouiensis, *Ep.* 53 = *PL* 201, col. 82B–C.

¹³⁷ *Manipulus florum* s. v. *Beneficiencia sive beneficium*, ak/n. 39 = Sen., *Ben.* 2.1.3.

bez ikakvih zamolbi, neusporediva i s kojim drugim zaslugama, te kojih se uvijek, svugdje i neprestano treba odano prisjećati i slaviti, jasnije od sunčeva svjetla kazuju, *Najveću zahvalnost uživaju ona dobročinstva koja se iskazuju spremno, lako i sama nam pristižu, gdje nije bilo oklijevanja osim u obzirna primatelja*, kako kaže Seneka. Napokon, kako su velika, kako veličanstvena, kako uzvišena vaša dobročinstva, kako su nadaleko i naširoko čuvena! Doista, kad razmišljam o njima, kad ih gledam očima srca, ne mogu zamisliti da postoji išta veće, bolje, izdašnije i plodonosnije ili sjajnije što ste mogli za mene napraviti. Zahvalan i čestit čovjek ne vrednuje dar prema njegovoj veličini – a vaš jest bio isključivo veoma velik – nego prema onome što iz dara proizlazi, što se njime steklo, što zadobilo, što se primilo. Otvoreno dakle kažem da sam sve što je u meni, kakvu god čast, kakvo god dostojanstvo, koji god akademski stupanj ili kakvu god vrlinu, ako nešto doista i posjedujem a nije tek puki privid, od čega mi se u ovom smrtnom i prolaznom životu, prema mom mišljenju, ništa poželjnije ili dostojanstvenije nije moglo ostvariti i dogoditi, primio od vas i vašim posredstvom, upisani oci i veličanstvena gospodo, plod je vašeg dobročinstva, i vašom se dobrohotnošću i milosti ostvarilo.

[30] Napoljetku, prikladnost trenutka i neophodnost vaše pomoći, kao i postojanost vaših davanja čini vaša dobročinstva još sjajnijima, jer ste mi kao mladiću, kada ni sâm nisam mogao niti mi je moja obitelj mogla priuštiti nastavak obrazovanja, vašim stalnim dobročinstvima pomogli da napredujem, prateći me od samog početka, za vrijeme, i sve do samoga kraja mog obrazovanja doveli do ovog položaja i obrazovnog stupnja kojem svjedočite. A daleko najdoličnije je to da mi svoja dobročinstva niste iskazali u nadi da ću vam se odužiti nekim ovozemaljskim dobitkom ili radi vlastite koristi, ni da bih nama kao bogatstvo i ovozemaljske dragocjenosti, ili da bih namirio tjelesne užitke ili druge potrebe od ovoga svijeta, ili što god drugo suvišno i isprazno, već da bih posvećen književnoj naobrazbi s najvećom predanošću stekao i prikupio što god da se tiče ostvarenja osobne sreće i božanskih počasti, i što god da je korisno državi u duhovnim stvarima.

[31] U tome ste preslavno oponašali drevne Egipćane, kod kojih je čitava filozofija imala svoj začetak, premudre Grke, kod kojih je mudrost napredovala i doživjela svoj vrhunac, te zatim Rimljane, preslavne osvajača svijeta, kod kojih je takva visokorazvijena mudrost uživala najugledniji položaj, te napoljetku pobožne Francuze i najkršćanskije franačke kraljeve, kod kojih je mudrost sačuvala svoj vrhunac i čast sve do dan danas,

tium pios et¹³⁸ studiosos affectus ymitati, qui summa cum diligentia rei publice augmentum exposcentes, tamquam totius felicitatis et prosperitatis fundamentum, sapientiam coluerunt. Atque, ut sapientes efficerent summo opere, nisi sunt ingenio uidelicet preditos, studio litterarum deditos, studiosos et elegantes iuuenes, sapientie amatores, cultores uirtutum innumeris priuilegiis, gratiis, exemptionibus, immunitatibus, honoribus, fauoribus, promotionibus quidem singulisque libertatibus prosequendo tanta affectione animi, tanta liberalitate, tanta magnificentia, ut etiam propriis eos sumptibus honorifice, ut exigit, uel totius populi sustentarent.

[32] Sic namque et apud Egiptios sacerdotes, qui *primo propter admirari inceperunt philosophari*, ut tradit Aristoteles circha principium prime philosophie,¹³⁹ tum philosophie tum etiam ratione sacerdotii, ut eo attentius et comodius et diuinis et philosophiae uacarent, de communi eis uite necessaria ministrabantur.¹⁴⁰ Et habetur *Genesis* 41. capitulo ubi dicitur quod Ioseph subiecit uniuersam terram Egipti Pharaoni et cunctos populos eius¹⁴¹ a nouissimis terminis Egipti usque ad extremos fines eius preter terram sacerdotum, que a rege tradita fuerat eis, quibus et statuta cibaria ex horreis publicis prebebantur, et idcirco non sunt compulsi uendere possessiones suas, atque ex eo tempore usque in presentem diem in uniuersa terra Egipti quinta pars soluitur regibus, et factum est quasi in legem absque terra sacerdotali, que libera ab hac conditione fuit. Sic quoque Nabuchodonosor, rex Babilonis, precepit *ut introducerent de filiis Israel et de semine regio et tirampnorum pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, et eruditos omni sapientia, cautos scientia, et doctos disciplina, et qui possent stare in palatio regis, ut doceret eos litteras et linguam Caldeorum, et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis et de uino unde bibebat ipse, ut enutriti tribus annis postea starent in conspectu regis, inter quos fuerunt et de filiis Iude Daniel, Ananias, Misael et Azarias* (Daniel primo capitulo).¹⁴²

[33] Sic denique apud Grecos, dum ab Egiptiis diuinum sapientie numen oriretur ad ipsos, maxime in Athenis, *que ciuitas exstitit mater omnium liberalium litterarum et nutrix philosophorum, qua nichil habuit Gretia clarius aut nobilius*, ut inquit Ysidorus quarto decimo *Ethimologiarum*,¹⁴³ antequam

¹³⁸ Corr. ex »in«.

¹³⁹ Arist., *Metaph.* 1.2.982b12 = *Aristoteles Latinus, Metaphysica*, sv. 25/3, Vuillemin-Diem (ur.), p. 16.

¹⁴⁰ Cf. Arist., *Metaph.* 1.1.981b14–981b25.

¹⁴¹ Cf. Gen. 41.

¹⁴² Dan. 1:3–6.

¹⁴³ Isid., *Etym.* 14.4.10.

te pobožna i naučna čuvstva drugih naroda, koji su u neumornom nastojanju da povećaju državu njegovali mudrost kao temelj sveukupne sreće i napretka. A kako bi ih po svaku cijenu učinili mudrima, nisu li naime prirodno nadareni, ti su vladari vrijednim i ugladenim mladićima predanima književnoj naobrazbi, ljubiteljima mudrosti, njegovateljima vrlina s takvom naklonošću, s takvom darežljivosti, s takvom velikodušnosti darivali nebrojene privilegije, usluge, izuzeća i imunitete, počasti, pogodnosti, promaknuća i pojedinačne slobode i tako ih časno uzdržavali bilo o vlastitom bilo o javnom trošku, kako i priliči.

[32] Tako su i svećenicima u Egiptu, koji su *prvi započeli filozofirati zbog čuđenja*, kako pripovijeda Aristotel na početku prve filozofije, bile osigurane životne potrepštine o javnom trošku, i radi filozofije i radi svećeničke dužnosti, kako bi se što predanije i valjanije bavili i božanskim stvarima i mudrošću. Stoji, naime, u 41. poglavlju *Knjige postanka* da je Faraon postavio Josipa nad svom zemljom egipatskom i nad svim narodima sve do krajnjih granica Egipta izuzev svećeničke zemlje, koju im je vladar bio dao uz određeni dio uroda iz državnih skladišta, pa nisu bili primorani prodavati svoje posjede, te otad sve do današnjeg dana čitava zemlja egipatska petinu isplaćuje vladarima izuzev svećeničke zemlje, koja je, kao da je ozakonjeno, ostala slobodna od tih davanja. Tako je i Nabukodonosor, babilonski kralj, *naredio da mu dovedu od Izraelaca nekoliko dječaka kraljevskoga ili velikaškog roda: neka budu bez nedostatka, lijepi, vrsni u svakoj mudrosti, dobro poučeni i bistri, prikladni da stoje na kraljevu dvoru; neka ih <sc. Ašfenaz> nauči pismu i jeziku Kaldejaca. Kralj im odredi dnevni obrok od kraljevskih jela i od vina sa svoga stola. Neke se odgajaju tri godine, a poslije toga imali bi stajati pred kraljem. Među njima bijahu Judejci: Daniel, Hananija, Mišael i Azarja* (Dan. 1).

[33] Tako su i u Grka, kad se nakon Egipćana božanstvo mudrosti pojavilo kod njih, a ponajviše u Ateni, a *ta je država majka svih slobodnih umijeća i hraniteljica filozofa, od koje u Grčkoj nijedna država nije bila sjajnija ili plemenitija*, kako kaže Izidor u 14. knjizi *Etimologija*, prije nego što je filozofija

augeretur ad perfectum philosophia, communibus stipendiis et populi nutriebantur et administrabantur studio dediti litterarum. Amore quoque religionis quam sapientiam et instituit et nutrit antiquis et religiosis Romanis flagrantibus *consulto senatus atque decreto decem principum filii singulis Hetrurie populis percipiende sacrorum discipline gratia tradebantur*, ut refert Valerius in primo circha principium de religione.¹⁴⁴ Existimabant namque religionem in sapientia nec absque sapientia posse religionem persistere.

[34] Sic demum in Galliis Maximo regnante Charulo *dum studia litterarum deessent et essent in obliuione culturaque tepesceret deitatis*, ut habetur in cronicis Arelatensis metropolis,¹⁴⁵ *caput aureum statue*, de qua Daniel secundo dicitur,¹⁴⁶ studio a Romanis translato Parisius eiusdem Charoli beneficiis Deus *erexit in Francis*.¹⁴⁷ *Nam eo in tempore contigit duos Scotos monachos {monachos} de Hybernia cum mercharioribus Britanis ad litus Gallie deuenire, in secularibus quidem et sacris litteris eruditissimos*,¹⁴⁸ qui cum uenientes Parisius nil uenale preter sapientiam ostenderent. Rege quirente *quid pro ea peterent, et illis loca opportuna, animas ingeniosas, et illa sine quibus ista uita transiri non potest, alimenta scilicet et quibus tegamur, petentibus*,¹⁴⁹ rex eis magno cum gaudio illariter et magnifice concessit.¹⁵⁰ Nam alterum nomine Clementem uoluit residere Parisius et ei nobiles pueros atque prestantes ingenio comendauit et, ut iuxta regalem magnificentiam oportebat, ut erat necessarium, ex errario regio eidem et ad eum confluentibus omnibus necessaria omnia precepit ministrari habitaculis ad inhabitandum opportunis deputatis. *Alterum in Ytaliam direxit, cui monasterium sancti Agustini iuxta Ticinensem urbem*, que nunc Papia [230u] dicitur, *delegauit*, ut qui uellent addiscere possent aggregari ad eum.¹⁵¹

[35] Quo in tempore Rabanus, Alcuinus, Bede discipulus, et, ut quibusdam placet, idem ipse uenerabilis presbiter Beda, Claudius, Johannes Scotus, qui Ariopagitam Dyonisium de Greco in Latinum transtulit eloquium eodem Charulo

¹⁴⁴ Val. Max. 1.1.

¹⁴⁵ Cf. *Notkeri gesta* 1.1 = *Notkeri Balbuli gesta Karoli*, Hans F. Haefele (ur.) (Berlin: Weidmann, 1959), p. 1: »Qui cum in occiduis mundi partibus solus regnare cepisset et studia litterarum ubique propemodum essent in oblivione ideoque vere deitatis cultura teperet <...>«

¹⁴⁶ Cf. Dan. 2:32, 38.

¹⁴⁷ Cf. *Notkeri gesta* 1.1 = *Notkeri Balbuli gesta Karoli*, Haefele (ur.), p. 1: »Omnipotens rerum dispositor ordinatorque regnorum et temporum, cum illius admirande statue pedes ferreos vel testaceos comminisset in Romanis, alterius non minus admirabilis statue caput aureum per illustrem Karolum erexit in Francis. «

¹⁴⁸ *Notkeri gesta* 1.1 = *Notkeri Balbuli gesta Karoli*, Haefele (ur.), p. 1.

¹⁴⁹ Cf. *Notkeri gesta* 1.1 = *Notkeri Balbuli gesta Karoli*, Haefele (ur.), p. 2.

¹⁵⁰ Cf. *Notkeri gesta* 1.1 = *Notkeri Balbuli gesta Karoli*, Haefele (ur.), p. 2.

¹⁵¹ Cf. *Notkeri gesta* 1.1 = *Notkeri Balbuli gesta Karoli*, Haefele (ur.), pp. 2–3.

dosegnula svoje savršenstvo, oni posvećeni književnoj naobrazbi bili su uzdržavani i potpomognuti javnim potporama naroda. Budući da su stari i pobožni Rimljani izgarali od ljubavi prema vjeri, senat je tu mudrost i uveo i odnjegovao *predajući odlukom senata deset sinova vodećih muževa pojedinim narodima Etrurije da od njih nauče vjerski sustav*, kako prenosi Valerije na početku prve knjige gdje piše o religiji. Smatrali su naime da se religija nalazi u mudrosti i da bez mudrosti ne može opstojati.

[34] Naposljetku je tako u Francuskoj za vladavine Karla Velikog, *kad je književna naobrazba pala u zaborav i iščezla, a bogoštovlje oslabjelo*, kako stoji u kronikama arelatske metropolije, *Bog u Francuskoj podigao zlatnu glavu kipa*, o kojoj se govori u drugom poglavlju *Daniela*, nakon što je zaslugama tog istog Karla naobrazba prenesena iz Rima u Pariz. *Tada su naime dva škotska redovnika iz Irske, visokonaobraženi u sekularnim i svetim spisima, s trgovcima iz Britanije pristigli na obale Francuske*; došavši u Pariz nisu ondje imali ništa drugo za ponuditi na prodaju doli mudrosti. Kralj ih je upitao što za nju traže, *a oni su zatražili prikladna mjesta, nadarene ljude, i životne potreštine, naime, hranu i odjeću*, te im je kralj to s velikim veseljem, radosno i velikodušno i dodijelio. Kralj je naložio da se jedan od te dvojice, po imenu Klement, nastani u Parizu i povjerio mu je plemenite i nadarene mladiće, i, kako i nalaže kraljevska velikodušnost, budući da je to bilo nužno, naredio je da se Klementa i sve koji su se okupljali oko njega snabdije svim životnim potrebštinama o trošku iz kraljevske riznice, dodijelivši im prikladna mjesta za stanovanje. *Drugog je redovnika uputio u Italiju i dodijelio mu samostan sv. Augustina pored Ticinija*, koji se sada naziva Papijom, kako bi se oni željni znanja mogli oko njega okupiti.

[35] Tada su se Raban, Alkuin, Bedin učenik, a po nekima čak i sami prezbiter Beda Časni, Klaudije, Ivan Škot, koji je preveo Dionizija Areopagita s grčkog na latinski jezik na poticaj Karla Velikog, i Ivan Saracen, i mnogi njihovi

Maximo instigante, et Iohannes Saracenus pluresque eorum socii, exercitatisimi in omni scientia, occasione dicti Clementis degentis Parisius, dicto Carulo Magno procurante de Roma generale studium, transtulerunt Parisius. Quo in loco quantis beneficiis, quantis gratiis, immunitatibus et libertatibus gloriosissimi et christianissimi reges et principes Franchorum sapientes hactenus uiros et studio deditos fuerint persecuti atque usque prosequantur in presens. Ipsorum colegiorum ac domorum, in quibus habitant, mirabilis et inenarrabilis et magnitudo structure et pulcritudo ornamenti, bursales introitus, debiti et indesinentes honores, ubertates, comoda, priuilegia, continue subuentiones et largiflue, quibus regalis magnificentia solet in omnes difundi \\etiam usque in presens//, declarant luce clarius et demonstrant, quibus quidem et quantis etiam ipse qui loquor, licet immeritus, persecutus fuerim. Nisi fortase proprie laudis uero fieret, dulce mihi meminise in presens foret, e quibus tantum hoc unum dixerim quod in die mee profesionis quo insignia sacre sophie magistratus adeptus sum, preter cetera, impensarum mearum, que profecto ample fuere et magne, magna pro parte regalis persoluit magnificentia. Sed quorsum tam longum protraho? Hec quippe pro tanto induxerim, gloriosissimi patres, ut exemplo omnium nationum et gentium et preclarissimorum regum, qui sapientiam dilexerunt, uestra incolata beneficia ex fine redderem clariora, atque etiam animos uestros erga ceteros ut accenderem et redderem promptiores.

[36] A quo honestissimo opere et diuinissimo ad contrarium, prestantissimi patres, mentem uestram id precipue monere non debet quod in eo ipso, qui ad presens uobiscum loquitur, ad plenum, ut opportuisset et sperabatis, ut dictum est prius, finem adepti non estis peroptatum, cum nichil talis in me ac tanti uideam unde animos uestros non dicam ad plenum satiare, sed nec ad parum quidem refrigerare queam. Quoniam et si in uno uel in me, aut in duobus siue tribus, beneficium suo frustratur effectu, *unum tantum bene positum multorum ammissorum dampna restaurabit*, ut inquit Seneca.¹⁵² *Post naufragium enim etiam maria temptantur: nam cuius rei euentus incertus est, id, ut aliquando procedat, sepe temptandum est.*¹⁵³ *Et post malam segetem serendum est sepe, quoniam quicquid perierat asidua infelici solis sterilitate unius anni restituit ubertas*, ut idem inquit.¹⁵⁴

[37] *Tantum* igitur, prestantissimi patres, uestri magnitudinem animi, ut partim uerbis Ciceronis utar, *tam inusitatam inauditamque clementiam, tantum in summa largitate modum, tam denique incredibilem liberalitatem ac penne*

¹⁵² *Manipulus florum*, s. v. *Beneficiencia sive beneficium*, ap/n. 44 = Sen., *Ben.* 1.2.2.

¹⁵³ *Manipulus florum*, s.v. *Beneficiencia sive beneficium*, o/n. 21 = Sen., *Ep.* 10.81.2.

¹⁵⁴ *Manipulus florum*, s.v. *Beneficiencia sive beneficium*, n/n. 20 = Sen., *Ep.* 10.81.1.

drugovi, visokonaobraženi u svakoj znanosti, preselili u Pariz u vrijeme kad je spomenuti Klement boravio u Parizu, a jer se spomenuti Karlo Veliki pobrinuo da se opći studij uvede iz Rima u Pariz. Tu su preslavni i najkršćanskiji franački kraljevi i prinčevi darivali i dan danas daruju mudre muževe posvećene naobrazbi mnogim dobročinstvima, uslugama, imunitetima i slobodama. To jasnije od danjeg svjetla pokazuju čudesna i neopisiva kako veličina tako i ljepota kolegijā i zdanjā u kojima su obitavali, stipendije, dužne i stalne počasti, izobilje, pogodnosti, privilegije, te stalna i izdašna novčana pripomoć, koje kraljevska velikodušnost svima ustaljeno podjeljuje sve do danas; njih sam i ja sâm, koji vam se obraća, uživao, premda nezasluženo. Bilo bi mi ih se slatko prisjetiti, kad ne bih time hvalio samoga sebe, pa ću spomenuti samo ovo jedno: na dan moje promocije, kada sam primio odličje magistra svete mudrosti, kraljevska je velikodušnost, između ostalog, pokrila velik dio mojih doista pozamašnih troškova. No, čemu odugovlačim? To sam sve nanizao, preslavni oci, samo da vaša dobročinstva kao posljednja u nizu prikažem sjajnijima od primjera svih država i naroda i presjajnih kraljeva, koji su ljubili mudrost, i da vas potaknem da ih spremno iskažete i drugima.

[36] Od tog pak veoma čestitog i najbožanskijeg djela ne treba vas odvratiti, preuzvišeni oci, to što s ovim koji vam se trenutno obraća niste u potpunosti polučili željeni cilj, kao što je već rečeno, a kako je i trebalo biti i čemu ste se nadali, budući da u sebi ne vidim ništa toliko značajno čime bih mogao vašu dušu malo utoliti, a kamoli u potpunosti zadovoljiti. Čak ako jedan čovjek ili ja, ili dvojica ili trojica, svojim rezultatom ne opravdaju dobročinstvo, ipak *samo jedno dobro uloženo dobročinstvo nadoknađuje gubitak mnogih uzaludno učinjenih*, kako kaže Seneka. *Mora se nakon brodoloma ponovo iskušavaju: pothvat čiji je ishod neizvjestan treba opetovano pokušavati da bi jednom uspio.* Također, *Nakon loše žetve treba ponovo sijati, jer se često gubici zbog neplodna tla nadomjestite plodnim urodom od jedne godine*, kako Seneka također kaže.

[37] Da se djelomično poslužim Ciceronovim riječima, preuzvišeni oci, *ne mogu bez riječi prijeći preko veličine vaše duše, takve iznimne blagosti za kakvu se još nije čulo, neizmjerne izdašnosti i naposljetku čudesne i gotovo*

*diuinam tacitus preterire nullo modo possum.*¹⁵⁵ Sed tantum quibus laudibus eferam, quibus prosequar studiis, qua beniuolentia complectar, facile non uideo. Sed cum tripliciter uirtutem gratitudinis partitam reperiam, ut acceptum scilicet recognoscat beneficium, gratiarum referrat¹⁵⁶ actiones et laudet, retribuaturque pro facultate, loco et tempore, dum affuerit; quos gratitudinis status quarto *De beneficiis* Seneca ennumerat, gradus distinguens ingratitude, inquit, *ingratus est qui non redit; magis qui disimulat; ingratus omnium qui oblitus est.*¹⁵⁷ Et omnino me ad eas exequandas experiar inhabilem et ineptum, cauens tantum, utcumque grauisimum soleo, magnifici domini, uestra beneficia sepe ante oculos meos ponere eaque crebris et usurpare et exstolere sermonibus, et quotiens de maximis gratiis uestris, quotiens de incredibili liberalitate, quotiens [231r] de singulari magnificentia considero.

[38] *Quid iam restat? Quid habeo quid fatiam pro uestris in me meritis?*¹⁵⁸ Non reperio, quoniam, *etsi linguis hominum loquerer et angelorum,*¹⁵⁹ uere liberalitatis, gloriosissimi patres, laudandi genus necdum attingerem. *Nullius profecto tantum flumen ingenii,* ut uerbis utar Ciceronis, *nulla dicendi aut scribendi tanta uis, tanta copia, que non dicam exornare sed hanc enarrare possit.*¹⁶⁰ Numquam igitur tibi, o sacratissima Ragusina urbs, tantorum in me tuorum relucens meritorum gratiam referre potero: tantum illud certe non desinam ubique confiteri me referre non posse, ubique difundere, ubique predicare. *Hec enim beneficii inter duos lex est: alter statim obliuisci debet dati, alter accepti numquam. Qui dedit beneficium taceat; narret qui accepit* (Seneca secundo *De beneficiis*).¹⁶¹ Nam ego sic putauit ac puto, ut ait Demostenes in oratione, *Beneficiorum memoriam illum per omne tempus obseruare debere qui accepit, eum autem qui contulit statim obliuisci, si uellit hic boni uiri, ille non parui animi opus efficere.*¹⁶² Igitur ut uerbis sacratissimi utar prophete, *Si oblitus fuero tui, Yerusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhereat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero {tui} Yerusalem in principio letitie mee.*¹⁶³

¹⁵⁵ Cf. Cic., *Marcell.* 1.1: »Tantum enim mansuetudinem, tam inusitatum inauditamque clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum, tam denique incredibilem sapientiam ac paene diuinam, tacitus praeterire nullo modo possum.«

¹⁵⁶ Sic, sed pro »referat«.

¹⁵⁷ Sen., *Ben.* 3.1.3

¹⁵⁸ Cf. Cic., *Mil.* 36.100.

¹⁵⁹ Cf. 1 Cor. 13:1.

¹⁶⁰ Cf. Cic., *Marcell.* 2.4: »Nullius tantum flumen est ingenii, nullius dicendi aut scribendi tanta uis, tanta copia, quae non dicam exornare, sed enarrare, C. Caesar, res tuas gestas possit.«

¹⁶¹ *Manipulus florum*, s.v. *Beneficiencia sive beneficium*, z/n. 30 = Sen., *Ben.* 2.10.4, 2.11.2.

¹⁶² Dem., *Cor.* 269.

¹⁶³ Ps. 136:5–6.

božanske darežljivosti. No ne uviđam lako kojim vas pohvalama veličati, kojim činom ljubaznosti uzvratiti, kojom dobrohotnošću obgrliti. No iznalazim da se vrlina zahvalnosti dijeli na tri dijela, naime, čovjek treba primljeno dobročinstvo priznati, izraziti zahvale i pohvale, te uzvratiti prema mogućnostima, mjestu i prilici, dok god živi. Te je stupnjeve zahvalnosti pobrojao Seneka u četvrtoj knjizi djela *O dobročinstvima*, razlikujući stupnjeve nezahvalnosti, i rekao, *Nezahvalan je onaj tko ne uzvraća dobročinstvo, još je nezahvalniji onaj tko hini da ga nije primio, a najnezahvalniji je od svih onaj koji je na njega zaboravio*. Osjećam se posve nesposobnim i neprikladnim da vam uzvratim istom mjerom, pazeći barem, veličanstvena gospodo, da vaša dobročinstva često imam pred svojim očima, i da ih često spominjem i veličam u svojim propovijedima, onoliko često koliko razmišljam o vašim prevelikim uslugama, čudesnoj darežljivosti, jedinstvenoj velikodušnosti.

[38] *Što mi preostaje? Što mi je činiti da vam uzvratim za vaše zasluge?* Ne iznalazim način, budući da, *čak i kad bih govorio jezikom ljudi i anđela*, još uvijek ne bih dosegnuo vrstu pohvalnog govora mjerljivu s vašom darežljivošću. Da se poslužim Ciceronovim riječima, *Nitko nije toliko darovit, ničiji govor ni pero ne posjeduju takvu snagu, takvo bogatstvo izraza da bi ju mogli opisati a kamoli ukrasiti*. Nikad ti, dakle, neću moći, presveti Dubrovniče, zahvaliti za tvoje sjajne zasluge prema meni: barem ću tu činjenicu uvijek i svugdje priznavati, svugdje ću to pronositi, svugdje javno kazivati. *Ovo je naime pravilo dobročinstva između dvojice*, kaže Seneka u drugoj knjizi djela *O dobročinstvima*: *jedan treba odmah zaboraviti da je dao, a drugi nikad da je primio. Neka šuti onaj tko je pružio dobročinstvo, a neka govori onaj tko ga je primio*. Bio sam i ostao sam ovog mišljenja da, kako kaže Demosten u svome govoru, *onaj tko je primio dobročinstvo treba ga zauvijek sačuvati u sjećanju, ako se želi ponijeti kao častan čovjek, a onaj tko ga je pružio treba ga odmah zaboraviti, ako se ne želi ponijeti kao sitna duša*. Pa da se poslužim riječima presvetoga propovjednika, *Zaboravim li tebe, Jeruzaleme, neka onemoća desnica moja, neka mi se jezik zalijepi za nepce, ne spomenem li se tebe, i ne budeš li mi ti, Jeruzaleme, najveća radost moja*.

[39] Quid pluraque? Talibus ac tantis potius, ut sepe dictum est, celestibus et diuinis quam humanis beneficiis, non solum nichil compensari ydonee me posse recognosco, uerum etiam nec quibus uerbis ea digne efari ualeam. Modum reperio aliquem et tantum uobis gratia redditur, dum a me, quod possibile est, tota mentis deuotione offertur. Idcirco *tota anima, tota mente, toto corde*,¹⁶⁴ omnibus uiribus, omni posse, omni nosse, plena ac grata uoluntate, toto affectu, et quicquid promptitudinis aut gratitudinis aut dici seu ualet explicari, imprimis *magnifice gratias agimus (Machabeorum <...>)*.¹⁶⁵ Demum bonorum omnium largitor et totius beneficii remunerator, a quo *omne datum optimum et omne donum perfectum descendit*, ut inquit Iacobus,¹⁶⁶ et ut ait Casiodorus, *Ipse enim remunerator est bonorum omnium Deus: nam quicquid in subiectos pietatis efficacimus, illum nobis repensare sine dubio iudicamus. Quapropter conscientiam fidelem adepta securitate monstrate, quia post talia redditur clementie nostre potius quam offertur*.¹⁶⁷ Ipse, inquam, in hac gratiarum actione imperfectum meum uideat, ipse suppleat defectum, ipse remuneret gratissimus remunerator optimus, ipse retribuatur retributor magnificus.

[40] Primo quidem hanc nostram felicem urbem, celesti numine consecratam, gloriosissimis *uirtutum titulis*¹⁶⁸ decoratam, amplificatam dignitatibus, honoribus longissime latissimeque uulgatam, fama percelebrem, gloria insignem, nobilitate preclaram, diuinis opibus locupletem et humanis, interius et exterius, terra marique optabilis nil mortalibus dulcissima pace fruentem, et totius prosperitatis felicitatem amplectentem *custodiat, protegat, uisitet et defendat*.¹⁶⁹ Demum uos omnes ac singulos, sacratissimum quidem una cum suo pastore clerum, ac deinde patres, liberos coniugesque nostras, ceterosque huius nostre urbis hominum status, utriusque hominis, anime scilicet et corporis, sanitate grata sospitateque custodiat, amplifict uirtutibus, omnium habundantia in presenti gratiarum et carismatum ditet donis, prosperitate nutriat, iuuat beneficiis, ac pro tantorum in me gratia meritorum ipse gloriosus ac magnificus triumphator post uite presentis stadium pro terrenis celestia, pro perituris eterna, pro temporalibus uobis largiatur et tribuat sempiterna.

¹⁶⁴ Math. 22:37; Mk. 12:30. Cf. Lk. 10:27.

¹⁶⁵ 2 Machabeorum 1:11.

¹⁶⁶ Ep. Iac. 1:17.

¹⁶⁷ Cass., *Var.* 10.16.2 = Casiodorus, *Variarum libri XII*, A. J. Fridh (ur.), p. 399.

¹⁶⁸ Cf. *Petri Rigae aurora*, v. 95 = *Aurora Petri Rigae, Biblia versificata*, sv. 2, Paul E. Beichner (ur.) (Paris: Notre Dame, 1965), p. 707: »excedis titulis uirtutum, sponsa serena«.

¹⁶⁹ Cf. *Consuetudines canonicorum regularium Springiersbacenses-Rodenses* 151.1 = *Consuetudines canonicorum regularium Springiersbacenses-Rodenses*, Corpus Christianorum, Continuatio Mediaevalis, sv. 48, Stefan Weinfurter (ur.) (Leiden: Brepols, 1978), p. 89: »Exaudi nos, quesumus, domine sancte pater, et mittere dignare secundum angelum tuum de celis, qui custodiat, foueat, protegat, uisitet et defendat omnes quiescentes in hoc dormitorio.«

[39] Što još reći? Kao što sam više puta rekao, svjestan sam da ne samo da vam ne mogu prikladno uzvratiti za vaša brojna dobročinstva, nebeska i božanska prije nego ljudska, nego ih ne mogu niti dostojno riječima izraziti. Iznalazim neki način, i zahvalnost vam se iskazuje jedino kako je meni moguće, nudeći ju svim svojim privrženim srcem. Stoga vam prije svega velikodušno zahvaljujem *svom dušom svojom, svim umom svojom, svim srcem svojim*, svom snagom svojom, svim moćima svojim, svim sposobnostima svojim, posve dragovoljno, svom ljubavlju, koliko god da je moguće iskazati zdušnu zahvalnost (Makabejci <...>). Naposljetku, Bog je darivatelj svih dobrih darova i onaj koji daje nagrade za svako dobročinstvo, budući da *svaki dobar dar, svaki savršen poklon silazi odozgo* od njega, kako kaže Jakov; a kako kaže Kasiodor, *Bog je taj koji daje nagrade za sva dobra djela: što god da savjesno učinimo za naše podređene, ne dvojimo da će nam on uzvratiti. Pokažite stoga pouzdanje u primljeno jamstvo, jer će nam nakon toga biti dana nagrada za našu milostivost, a ne puko obećanje*. Neka on vidi moje nesavršenstvo u ovoj zahvali, i neka upotpuni moju nedostatnost, neka vas kao najzahvalniji i najbolji darivatelj nagradi i neka vam velikodušno uzvratiti za vaše zasluge.

[40] Dakle, prvo *neka čuva, zaštititi, pohodi i obrani* ovaj naš sretni grad, posvećen nebesnici, ukrašen preslavnim vrlinama, osnažen dostojanstvom, nadeleko i naširoko poznat po svojim počastima, glasovit, preslavan, i preplemenit, čije bogatstvo leži u božanskoj i ljudskoj snazi, koji uživa slatki mir, unutarnji i vanjski, na zemlji i moru, od kojeg smrtnicima nema ništa dražeg, grad sreće i blagostanja. Zatim, neka svakom pojedinom od vas, presvetom svećenstvu zajedno s njegovim pastikom, očevima, djeci i našim suprugama, i ljudima drugih položaja koji čine ovaj naš grad neka čuva vaše milo tjelesno i duševno zdravlje i dobrobit, neka vas vrlinama osnaži, neka vam u ovozemaljskom životu podari obilje milosti i duhovnih darova, neka vas drži u blagostanju i pomogne vam dobročinstvima, te neka vam taj preslavni i velikodušni trijumfator u zahvalu za vaše brojne zasluge prema meni, nakon isječka vremena koji provedemo u ovom životu, daruje nebeski život u zamjenu za zemaljski, vječni u zamjenu za prolazni.

[41] Et nichilominus, magnifici domini prestantissimique patres, ut partim uerbis Ciceronis utar, *quicquid in me est studii, consilii, laboris, ingenii, quicquid hoc beneficio uestro sum, quicquid auctoritate, fide, constantia, totisque meis uiribus possum*, quoad uitam duxero in humanis, hic uel ubicumque me adesse contigerit, *id omne*, id totum ad huius nostre sacratissime urbis salutem, libertatem, [231u] laudem, honorem, gloriam, augmentum sit et profectum, et omnium ac singulorum uestrorum consolationem grato animo, prompta, libera et spontanea uoluntate, ut hactenus et semper ab ineunte feci etate, *polliceor; deferro*¹⁷⁰ simul ac offero¹⁷¹.¹⁷² Ego enim, prestantissimi patres, me hoc honore, uestra ope peditum, tantis uestris beneficiis affectum considerans, statui uestram uoluntatem et rei publice dignitatem, et salutem¹⁷³ omnium atque consolationem meis omnibus priuatis comodis et rationibus preferre oportere, meumque uelle in omnibus uestre subicere uoluntati, ita, ut que cupitis cupiam, et sentiam que sentitis, meumque ita posse et uelle disponere, ut semper uestris obediam mandatis et preceptis.

[42] Quam ob rem et pro consolatione uestra ac pro honore ciuitatis, necnon et pro augmento chatolice fidei et deuotionis in cordibus fidelium, proprii exercitii gratia, statui, patres, hoc yemali in tempore, quo caumate et estu abeunte et circha nos constante refrigescente aere ac comprimente carnem nostram et sensus, spiritus nostri ad intra rediguntur, qui quanto ab exteris abstractiores exstiterint, tanto animum nostrum et ingenium ad uerum bonumque congruendum et ad contemplationem sui redunt aptiorem, in loco et temporibus uestris dominationibus placitis ac per uos eligendis, aliquem ex sacris codicibus, modo uulgari modo litterali sermone percurrendis, exponendum siue perlegendum secundum opportunitatem et exigentiam materie. Neque enim omne id, quod concipimus, uerbis explicare ualemus aut enuntiare, et neque singula enuntianda uulgi sermonibus, sed propriis signis et characteribus ad hoc persapienter¹⁷⁴ deputatis exprimuntur; sed pro consolatione uestra dixerim ymo et pro necessitate.

[43] Cum enim hominem ex carne et hac materiali substantia atque spiritu et anima constare necessarium sit, sicut ex pane carnem, ut in pane iuxta morem scripturarum omnis ad uitam cibus necessarius intelligatur, sic diuino ex sermone

¹⁷⁰ Sic, sed pro »defero«.

¹⁷¹ Sic, sed pro »offerro«.

¹⁷² Cf. Cic., *Leg. Man.* 24.69–70: »Ego autem quicquid est in me studii, consilii, laboris, ingenii, quicquid hoc beneficio populi Romani atque hac potestate praetoria, quicquid auctoritate, fide, constantia possum, id omne ad hanc rem conficiendam tibi et populo Romano polliceor ac defero.«

¹⁷³ Corr. ex »salutis«.

¹⁷⁴ Corr. ex »persapientes«.

[41] Jednako tako, veličanstvena gospodo i preuzvišeni oci, da se poslužim Ciceronovim riječima, *koliku god posvećenost da posjedujem, koliki god razbor, marljivost, nadarenost, sve je to zahvaljujući vašem dobročinstvu; što god mogu svojim ugledom, pouzdanošću i postojanošću*, svim svojim sposobnostima, dok god budem živ među ljudima, ovdje ili gdje god da se zateknem, sve to rado, spremno i dragovoljno, kako sam i dosad uvijek činio od rane mladosti, obećajem, nudim i stavljam u službu dobrobiti našega presvetog grada, njegove slobode, pohvale, ugleda, časti, napretka i uspjeha te utjehe svakog pojedinog od vas. S obzirom na to, preuzvišeni oci, da sam uživao takvu čast poput vaše pomoći i da sam primio vaša brojna dobročinstva, smatrao sam nužnim vašu volju i ugled države, te dobrobit i utjehu svih vas pretpostaviti osobnoj koristi i interesima, i da se u svemu želim podrediti vašoj volji, tako da želim ono što vi želite, mislim ono što vi mislite, i da se uvijek trebam pokoravati vašim naredbama i nalogima.

[42] Stoga, za vašu utjehu i za čast države, ali i za promicanje katoličke vjere i pobožnosti u srcima vjernika, u skladu sa svojom službom, odlučio sam, oci, da u ovo zimsko doba kada vrućine prođu i hladan zrak stalno pritišće naše tijelo i osjetila, a naš je duh usmjeren na unutarnji svijet – naime, duh odvojen od vanjskih stvari čini našu dušu i sposobnosti prijemčivijima za ono što je istinito i dobro, i prikladnijima za misaonu djelatnost – na dan i mjesto koje vaše gospodstvo prema svom nahođenju odabere, da neku knjigu iz *Svetog pisma*, koje pak valja prelaziti bilo na pučkom bilo na književnom jeziku, rastumačim ili o njoj održim temeljito predavanje prema prilici i građi. No ne možemo riječima objasniti i izraziti sve ono što smo zamislili, i ne priliči da se svaka pojedina stvar izrazi na pučkim jezicima, već se iskazuje posebnim znakovima tome premudro namijenjenima; ali, mogao bih, dakako, govoriti za vašu bih utjehu i jer tako nalažu okolnosti.

[43] Budeći da se čovjek, naime, nužno sastoji od tijela i materijalne supstancije, te od duha i duše, pa kao što tijelo nužno hranimo kruhom, a prema *Svetom pismu* pod kruhom se podrazumijeva sva hrana neophodna za život,

spiritum uiuere et animam est necesse, quod expresse summe ac prime ueritatis uoce innuitur cum ait Mateus <...>, *Non in sollo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei.*¹⁷⁵ Ymo et hoc speciale signum in scripturis exprimitur, quo a filiis dyaboli filii lucis discernuntur, ut hii esse ex Deo uere asserantur, qui Dei uerbum in corde libenter percipiunt, de quibus dicitur, *qui ex Deo est uerba Dei audit,*¹⁷⁶ quo et contra reprobos dicitur, *propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis.*¹⁷⁷

[44] Id quoque etiam honorem merito dixerim ciuitatis non quidem mei legentis, sed potius actus exerciti gratia. Nam et aput ueteres et nunc aput nobilissimas fere totius christianitatis ciuitates habitum est maxima pro gloria, ut sacerdotes et hii, a quibus diuina et sacra spectabantur, quicquid ad religionem, quicquid ad honestatem, quicquid ad uirtutem, quicquid ad culturam diuinorum pertineret aut declamatorie, ut in templis et ecclesiis in sermonibus fieri solitum fuerat et est, aut lectionis studio in gignasiis et in scolis populo, maxime patribus conscriptis et magistratibus, solerti maximaque cura nuntiarent, atque ad ea percipienda summa cum diligentia, ueneratione maxima, attente et modeste et nobiles et maiores populi confluebant, ut etiam hiis clare notum est qui Ytalie nobilissimas ciuitates fuerunt perlustrati. Quid enim nobilius, quid gloriosius quam uirtutibus institui et cultura diuinorum maxime hiis, qui grauioris et maturioris etatis sunt, quorum ad exemplum inferiorum uita et iuuenum componitur?

[45] Sed dum mecum tacitus perquirerem quem ex sacris et sanctis litteris ad conceptum opus prosequendum librum asumerem, mox ante mentis oculos afuerunt rex Dauid cum psalterio sanctissimus et Paulus apostolus cum suis epistulis, doctor gloriosissimus, quorum cum uterque animum sua nobilitate [232r] propulsaret et sua ui traheret suaque dignitate alliceret. Cum utriusque pondus simul ferre non ualeret, propria intuens et prospiciens singulorum, alterum curiositate regali, alterum utilitate doctorali intuitus est antehire. Ille enim ex maiestate regali, ex melodia musicali, ex uelamine prophetalis ceterisque sibi conuenientibus propriis suam curiositatem et uenustatem ostentabat. Alter uero Paulus scilicet apostolus *ex uase electionis,*¹⁷⁸ ex predicatione clare et nude ueritatis, ex seueritate correctionis, ex habundantia caritatis, ex continuitate lectionis, qua cotidie uidelicet in ecclesia in misarum solempniis sollet coram populo decantari, ceterisque sibi etiam conuenientibus propriis suam utilitatem proferebat. Et quia curiositati semper a catholicis doctoribus utilitas salutaris preponitur, ideo presenti in tempore gloriosissimo doctori Paulo me apostolo disposueram comittere ipsiusque inherere uestigiis ac doctrine.

¹⁷⁵ Matth. 4:4.

¹⁷⁶ Ioan. 8:47.

¹⁷⁷ Ioan. 8:47.

¹⁷⁸ Cf. Acta 9:15.

tako duh i duša nužno žive od božanske riječi, a to, kako Matej <...> navodi, jasno kaže riječ najviše i prve istine, *Jer ne živi čovjek samo o kruhu, nego o svakoj riječi što izlazi iz Božjih usta*. Štoviše, i *Sveto pismo* navodi to kao posebni znak kojim se sinovi đavla razlučuju od sinova svjetla, i za potonje se, koji otvorena srca primaju riječ Božju, potvrđuje da su od Boga, kazujući, *tko je od Boga, riječi Božje sluša*, a protiv prokletih na istom mjestu stoji, *vi zato ne slušate, jer niste od Boga*.

[44] To bih također rekao za čast države i to ne iz vlastite, predavačke pobude, nego prije da ispunim službenu dužnost. Naime, kako prije, tako se i sada u plemenitim državama gotovo čitavog kršćanskog svijeta drži najvećom časti da svećenici i oni koji su zaduženi za božanske, svete stvari najbrižljivije podučavaju narod, a prije svega upisane oce i državne službenike, o svemu što se tiče religije, čestitosti, vrline i bogoštovlja, i to ili kao govornici, kao što je nekoć bio običaj u hramovima a sada je u crkvenim propovijedima, ili pak kao predavači u gimnazijama i obrazovnim ustanovama. A da to s najvećom marljivošću i poštovanjem, usredotočeno i smjerno upije i razumije, plemstvo i većinsko stanovništvo slijevalo se u velikom broju. To dobro znaju oni koji su proputovali plemenite države Italije. Što je, naime, plemenitije, što je časnije od poduke u vrlinama i bogoštovlju, i to naročito u slučaju zrelijih i uglednijih muževa, koji pružaju primjer nižim društvenim slojevima i mladima?

[45] No dok sam sâm sa sobom razmišljao koju knjigu iz *Svetog pisma* odabrati za potrebe ovog zadatka, odmah su mi na pamet pali presveti kralj David sa svojim psalmom i preslavni učitelj, apostol Pavao, sa svojim poslanicama, budući da nas obojica svojom plemenitošću diraju u dušu, i svojom nas snagom i dostojanstvom privlače. No budući da bi obojica istovremeno bila previše, razmotrio sam bitne značajke svakog posebno, pri čemu se prvi istaknuo po svojoj kraljevskoj istančanosti, a drugi po svojoj učiteljskoj korisnosti. Davidova se istančanost i ljepota pokazuju u njegovoj kraljevskoj veličanstvenosti, muzikalnosti, u proročkome plaštu, i ostalim njegovim značajkama. Naučiteljska pak korist apostola Pavla očituje se u tome što je bio *izabrana posuda*, u njegovu propovijedanju jasne i čiste istine, u njegovoj strogoj disciplini, velikoj ljubavi, neumornoj poduci koju je svakodnevno pružao ljudima u crkvi za liturgijskoga slavlja, i po ostalim njegovim značajkama. Jer su katolički učitelji uvijek pretpostavljali spasonosnu korisnost istančanosti, stoga sam se ovom prilikom odlučio prikloniti preslavnome učitelju, apostolu Pavlu, i ići tragom Pavla i njegovu učenja.

[46] Verumtamen, cum uestris disposuerim parere uoluntatibus, hunc librum aut psalterium, uel quemuis alium ex sacris codicibus, quem duxeritis eligendum, libenti perlegam animo, et, prout minus male potero, prosequar diligenter. Quia uero in re tam utili tempus posttergandum non est, sed quam celerius uidetur prosequendum, ideo uestre dominationes et librum et locum et tempus eligant prout celerius et conuenientius iudicabunt, ut in Christi nomine proxime futura die Lune, uel quando etiam uestris dominationibus uidebitur, hoc diuinum opus et incoare et prosequi ualeamus, in quo non dubitamus \\et hic in presenti esse et in futuro *erit nobis gloria*!.¹⁷⁹

[47] Sed iam finem presentis orationis, prestantissimi patres, celeri cursu amplectentes, laudes sapientie tertio me loco prosecuturum indixeram. Ad quod digne peragendum, licet nulla uerba aut industria suppeterint, tantum in hac re hoc me maxime posse arbitror, si totius intellectualis nature in hac solla sapientia scilicet et scientia felicitatem et gloriam existere monstrabo. Vt uerba primo assumpti thematis uidentur innuere, quibus dicitur *erit tibi gloria*,¹⁸⁰ quod, ut certis uis et limitibus prosequamur, hoc maxime ex hiis uidetur perscrutandum in quibus homines suam gloriam et felicitatem possuere.

[48] Fuerunt namque plures huius mundi homines suam felicitatem et gloriam in potentia statuantes, ut de Arphaxat, rege Medorum, *Judith* primo capitulo, declaratur, *qui gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui et in gloria quadrigarum suarum*.¹⁸¹ Alii uero gloriam suam et felicitatem in diuitiis posuerunt, de quibus *Psalmo* 48. dicitur, *in multitudine diuitiarum suarum gloriantur*,¹⁸² alii in uoluptatibus, de quibus ait Apostolus, *Ad Philippenses* tertio, *quorum Deus uenter est, et gloria in confusione eorum*,¹⁸³ alii in fama, ut de Ioseph dicitur *Genesis* 45., *nuntiate patri meo uniuersam gloriam meam*,¹⁸⁴ alii in honoribus, *Ecclesiastici* tertio, *gloria hominis ex honore patris sui*.¹⁸⁵ Sed, *cum harum rerum uana sit et falax gloria*, ut Aristoteles, philosophorum princeps, in primo *Ethicorum* suficienter instruit.¹⁸⁶

[49] Solla sapientia est que intelligentiam et honorem efficit gloriosum, unde et omnes, qui de humana felicitate rectam tulere sententiam, hanc in sapientia consistere ac in operatione intellectus firmiter possuerunt, max-

¹⁷⁹ Lk. 14:10.

¹⁸⁰ Lk. 14:10.

¹⁸¹ *Judith* 1:4.

¹⁸² Ps. 48:7.

¹⁸³ *Ad Philipp.* 3:19.

¹⁸⁴ *Gen.* 45:13.

¹⁸⁵ *Sir.* 3:13.

¹⁸⁶ Cf. Arist., *Eth. Nic.* 1.2.1094a21 = *Aristoteles Latinus, Ethica Nicomachea*, sv. 26, fasc. 3, Renatus A. Gauthier (ur.), p. 142.

